DE ANTIQUITATIBUS
CONVENTUS
BRACARAUGUSTANI,
LIBRI QUINQUE.

DE ANTIQUITATIBUS CONVENTUS BRACARAUGUSTANI, LIBRI QUATUOR,

VERNACULO, LATINOQUE SERMONE conſcripti,

ET AUGUSTISSIMO LUSITANORUM REGI

JOANNI V.

DICATI

Á PATRE

D. HIERONYMO CONTADOR DE ARGOTE,

Clerico Regulari.

Secunda Editio quinto Libro locupletata.

ULYSSIPONE OCCIDENTALI,

Typis SYLVIANIS, Regalis Academiæ.

M. DCC. XXXVIII.

Cum facultate Superiorum.

AUGUSTISSIME REX.

AIESTATIS Vestræ mirum amorem ad ingenuas artes, & politiorem humanitatem

tem in Regno ſuo promovendas, norunt omnes, cum indigenæ, tum exteri, quos omnes Veſtra Maieſtas, munificentia alit, beneficiis provocat ut ad has diſciplinas adhæreſcant. Unde videmus noſtra ætate renatas in Luſitania artes, & ſcientias, noſtroſque Luſitanos homines ardentiſſimo litterarum ſtudio flagrare, & externos in Luſitaniam convolare, ut ſub protectione tanti Regis doctrinæ ſuæ documenta dare valeant. Ego igitur cum auſpiciis Maieſtatis Veſtræ Sacris Bracaraugustanæ Diœceſis Commentariis ſcribendis me accingerem, totuſque

&

& mente, & animo in perquirendas illius tractus antiquitates institissem, inveni etiam profanis, & vetustissimis monumentis scatere, quorum cognitio hucusque Scriptorum nostrorum silentio latitavit; licèt aliàs Regno non parum decoris, Historiæ utilitatis attulisset. Ergo monumenta illa, quasi per epitomen in hoc Opusculum redigo, vernaculo Latinoque sermone, Lusitaniæ, & toti Orbi patefacio, Maiestatique Vestræ dedico, & consecro; sperans hunc quantulumcunque ingenioli mei laborem Sapientissimo Regum non ingratum fore.

D. Hieronymus Contador de Argote, Cler. Reg.

FA-

ERRATA,

QUÆ IRREPSERUNT IN CODICEM LATINUM, & corrigi debent.

	Errata.	*Corrige.*
Pagin. 13. verſ. 18. & pag. 147. v. 25.	Avii	Avi
Pagin. 33. verſ. 20.	illa continua immanium ſcopulorum ſeries.	illam continuam ſcopulorum ſeriem.
Pagin. 33. verſ. 29.	oris	oræ.
Pag. 37. verſ. 5.	oris	oræ.
Pag. 47. verſ. 12.	cæpiſſe	cepiſſe.
Pag. 49. verſ. 30.	Aquisflavienſibus	Aquiflavienſibus.
Pag. 53. verſ. 13.	quæ inſulæ	quas inſulas.
Pag. 79. verſ. 20.	navigis	navigiis.
Pag. 91. verſ. 10.	progrediuntium	progredeuntium.
Pag. 109. verſ. 36.	Aquæflavienſium	Aquiflavienſium.
	Et ſæpe in aliis verſibus, & paginis.	
Pag. 111. verſ. 13.	decoratum	decorato.
Pag. 115. verſ. 32.	ſuperque vendicavimus	ſuperque à falſitate vendicavimus.
Pag. 117. verſ. 8.	poſitam	adpoſitum.
Pag. 119. verſ. 15.	complectis	completis.
Pag. 139. verſ. 31.	cur	ut.
Pag. 141. verſ. 1.	conſultatus	conſulatus.
Pag. 145. verſ. 24.	dictionis	ditionis.
Pag. 163. verſ. 28.	murum	muro.
Pag. 167. verſ. 4.	quæ	& quæ
Pag. 167. verſ. 7.	eſt	eſſe
Pag. 167. verſ. 9.	Lambrica	Lambriaca
Pag. 185. verſ. 7.	Cætæra	cetær
Pag. 195. verſ. 10.	inteprretianda	interpretanda
Pag. 195. verſ. 17.	ducebant	ducebat.
Pag. 201. verſ. 12.	domumque	demumque.
Pag. 227. verſ. 11.	diferent	diferrent.
Pag. 237. verſ. 3.	divino	divo.
Pag. 273. verſ. 18.	alius	aliud.
Pag. 275. verſ. 11.	Antonini	Antonii.
Pag. 277. verſ. 4.	Antigonos	Antigonus.
Pag. 279. verſ. 14.	Noguebrii	Noguerii.
Pag. 285. verſ ultimo.	inciſæ	inciſæ hæ literæ.
Pag. 291. verſ. 26.	interpretatio cui otium rei erit relinquenda.	interpretationem cui otium rei erit relinquendam.
Pag. 297. verſ. 22.	qui exinde progreſſus	quod exinde progreſſum
Pag. 301. verſ. 30.	rivolo	rivulo.
Pag. 301. verſ. 36.	appellatus	appellato.
Pag. 303. verſ. 12.	Hunerico	Hermenerico.
	Et ſæpe in aliis verſibus.	
Pag. 305. verſ. 9.	Rechilam	Rechila.
Pag. 307. verſ 25.	Frontonem	Frantanem.
Pag. 315. verſ. 20.	Hiſpali	Hiſpalim.
Pag. 323. verſ. 1.	præſente	præſenti.
Pag. 331. verſ. 9.	aliquam	aliqua.
Pag. 311. verſ. 10.	diplomatæ	diplomate.
Pag. 339. verſ 19.	Bracarum	Bracara.
Pag. 231. verſ. 13.	labantem	labans.
Pag. 363. verſu ultimo	dicatum	dicatam.

Pa-

	Errata.	Corrige.
Pagin.365.verſ.5.	his	is.
Pag.367.verſ.19.	Tharmantia	Thermantia.
Pag.369.verſ.2.	uno	uni.
Pag.377.verſ.16.	unuſquiſque	unumquemque.
Pag.377.verſ.18.	cauſati	cauſatos,
Pag.379.verſ.15.	iſta	iſtius.
Pag.383.verſ.12.	actus	actum.
Pag.383.verſ.28.	rapidior, & profundior	rapidius, & profundius.
Pag.389.verſ.ultimo	exæquantes	exæquantia.
Pag.393.verſ.14.	compacti	compactis.
Pag.393.verſ.15.	decocti	decoctis.
Pag.397.verſ.28.	Paræciæ	Parœcia.
Pag.395.verſ.8.	continentia deincepſque danda	continentibus deincepſque dandis.
Pag.407.verſ.17.	Ranio	Rantio.
Pag.415.verſ.10.	proximus	proxima.
Pag.421.verſ.19.	qua	quarum.
Pag.445.verſ.13.	Nepos:: Pronepos, & verſ. 24. Abnepos.	Nepoti :: Pronepoti, & Abnepoti.
Pag.437.verſ.1.	Abnepos.	Adnepoti.
Pag.445.verſ.19.	ſpectantia	ſpectantes.
Pag.453.verſ.2.	præcipuè	præcipua.
Pag.457.verſ.2.	Gallaciæ	Gallæciæ.
Pag.473.verſ.6.	Alphonſus	Alphonſum.
Pag.477.verſ.23.	at	&
Pag.493.verſ.34.	nominis	nominis ejus.
Pag.497.verſ.25.	eos	& ut ii.
Pag.489.verſ.4.	amiſiſſet	admiſiſſet.
Pag.489.verſ.15.	jaramento	juramento.
Pag.497.verſ.18.	cauſa	dele.
Pag.497.verſ.23.	peperſit	pepercit.
Pag.503.verſ.18.	Provincia expulſas	Provincia Mauros expulſos.
Pag.503.verſ.28.	ſuum Eſtrematuras	ſuum Proavum Eſtrematuras.
Pag.505.verſ.21.	cetæras	cetæræ.
Pag.505.verſ.31.	Bardelienſe	Bardulienſe.

Historia deste Monarca, digno de fortuna igual ao seu generoso, e Real espirito; e se a naõ teve nos campos de Alcacere, aonde negando-se aos olhos dos seus Vassallos, se naõ apartou dos desejos de o verem restituido ao Throno; se póde dizer a alcançou na boa eleiçaõ, que a Academia Real da Historia Portugueza teve em escolher a hum sugeito taõ benemerito para escrever as suas acções, como he o Author, que no mesmo tempo, que perpetúa a fama de hum taõ famigerado Principe, estabelece mais o credito da sua sciencia entre a estimaçaõ dos erudítos.

Muitos sabem quaes saõ os requisitos, com que se ha de compor huma perfeita Historia; mas nem todos tem a felicidade de os poderem reduzir a pratica, como vejo nesta Obra; pois o respeito faz muitas vezes esquecidos, ou mais dourados os factos, do que pede a verdade da narraçaõ. Desta se naõ aparta o Author; e sem faltar ao que requer a politica conta os successos, como na verdade passaraõ; sendo que como excellentes os deste Principe, em nada se poderia offender a sua memoria, nem o lustre devido à Magestade.

A verdade, que he a alma deste genero de Escritos, he igualmente simulacro da Academia Real da Historia Portugueza; e ainda quando o Abbade Diogo Barbosa Machado com a elegancia, e pureza do seu estylo, exorna grandemente a Historia, que continúa neste quarto Tomo, nem por isso a deixa revestida de outros accidentes, que lhe sejaõ improprios, e menos a façaõ defeituosa: antes se-

* guindo

guindo as partes de hum exactissimo Historiador, recrea com proveito, instrue com gosto, e entre as noticias especiaes produz documentos estimaveis; circunstancias todas, que fazem justissima a licença, que se pede. Este o meu parecer. V. Excellencia mandará o que for servido. Lisboa, 29 de Mayo de 1751.

Francisco Xavier da Sylva.

VIsta a informaçaõ, pode-se imprimir, e depois torne conferido, para se dar a licença para correr. Lisboa, 16 de Junho de 1751.

D. J. A. de Lacedemonia.

INDEX

INDEX
DOS CAPITULOS,
que contém este quarto Tomo.

O numero denota a pagina.

LIVRO I.

CAP.

LIVRO II.

LIVRO

FACULTAS ACADEMIÆ REGIÆ.

Approbatio R.P.D. Ludovici Caietani de Lima, Clerici Regularis, Trium Ordinum Militarium Examinatoris, Regalisque Academiæ Alumni.

EXCELLENTISSIMI, AC SAPIENTISSIMI

CENSORES.

ANtiquiora Bracaraugustani Conventûs monumenta à R. P. D. Hieronymo Contador de Argote collecta, vobis, Excellentissimi, ac Sapientissimi Regiæ Academiæ Censores, morem gerens, maiori quâ potui curâ, ac diligentia evolvi. Enim verò alteram provinciæ partem, quâ cogor judicium ferre de hujusmodi Opere, non nisi ægrè, molestèque susceptam fateor; qui enim fieri potest, ut me vobis æquum, ingenuumque probem, qui de eo homine sum dicturus, quo cum mihi summa est contubernii necessitudo ab ineunte ætate? Vereor sanè nè ita cadat, ut existimer, vel non audacter, & apertè dixisse, vel amicitià longiùs digredi, quàm par erat. Parendum tamen Academici Senatûs consulto, nè videar verecundi animi simulatione illius imperium quodammodò abnuere.

¶¶ Liber

Liber igitur, quem præ manibus habemus, Bracaraugustani Conventûs antiquitatem, amplitudinem, dignitatem, resque gestas complectitur. Eximium planè opus est, atque ita graviter, eruditè, luculenterque ac distinctè conscriptum, ut meritò dubitari possit, laboriosior nè veri investigatio fuerit, an operosior rerum in ordinem distributio. Oportebat hominem, cui in his rebus tractandis operam, studiumque suum omne ponere mens erat, non mediocrem lustrare Tarraconensis Hispaniæ partem, eamque præcipuè, quæ magis à Septentrionibus est; deindè afflictos humi lapides exquirere, ac litterarum notas acutissimâ indagatione scrutari, longâ annorum serie pœnè delectas. His tamen difficultatibus minimè Author perculsus, sed contrà alacrior, ut ità dicam, ad rem gerendam factus, non tantùm ab incœpto non abiit, imò verò conata strenuè perfecit; quodque opus celso, erectoque capesserat animo, tenui, ægræque valetudini obnoxius, omni ex parte perpolivit, absolvitque.

Illud etiam Authori laude jure ponendum, quòd codices propè omnes de Interamnensis, Transmontanæque Regionis antiquitatibus cupidè perlegerit, atque accuratè; quòdque sapientissimos quosque homines, ac veteribus Lusitanarum rerum scriptis studiosè volutatos, in consilium lubenter adhibuerit, veri æquè ac ingenuitatis, probitatisque amator. Quò autem testatior esset memoria Bracaraugustani Conventûs, præclara illius monumenta non unâ tantùm, sed duplici linguâ conscripsit; adeòque idoneus evasit utriusque sermonis Author, ut vix dignosci possit, an præfatum Opus è Lusitanico in Latinum Sermonem conversum sit, an potiùs redditum è Latino in Lusitanicum.

Quantum igitur opinione auguror, maxima honori gloriæque ornamenta allatura est Reipublicæ hæc Historia, sivè horum Commentariorum confectio; quippe æque amplissimarum Regionum agros certis terminis circunscribit: veterum Urbium, Oppidorumque positiones summâ fide recenset: diversarum gentium nationumque

numque ſedes perluſtrat, illarumque occupationes, cæteraſque res geſtas commemorat: Fluminum alveos, curſuſque ac fauces indeſeſſo ſtudio perſequitur; antiquiora Hiſpaniæ itinera rectè, ſcitèque metitur; &, ut uno verbo inſtituta perſolvam, celeberrima quæque antiquitatum Luſitanarum monumenta, non tantùm nutantia, ſed prorſus collabentia, egregiè, nervosèque ſuſtinet ac tuetur. Quæ hactenus de tanto Opere à me dicta ſunt, breviter licet, & ſummatim, digniſſimum illud eſſe ſatis demonſtrant, quod in lucem quamprimum edatur, ſi humanitati indulgentes, quà maximè unuſquiſque veſtrûm pollet, meam ſententiam benigno aſſenſu acceperitis. Uliſſipone Occidentali, quarto decimo Kalendas Martii, anno à Salvatore nato CIↃ.IↃ.CCXXXVII.

D. Ludovicus Caietanus de Lima, C. R.

Approbatio R. P. Joannis Col, Clerici Congregationis Oratorii. Trium Ordinum Militarium Examinatoris, Regularisque Academiæ Alumni.

EXCELLENTISSIMI DOMINI.

ANTIQUITATES Conventûs Bracaraugustani à R. P. D. Hieronymo Contador de Argote, Clerico Regulari, & Regalis Academiæ Socio, vernacula, Latinaque lingua jam pridem scriptas, nunc verò recognitas, & locupletatas, vidi, legi, probavi. Opus est sanè eruditum, varium, & perutile, ut pote in quo Geographia, & Chronographia, duo illi Historiæ oculi, omnia lustrant, & ea vident etiam quæ jam non videntur. Hæc erit igitur Auctori immortalis gloria, quòd, cùm vel ex iis, quæ contrectamus, multa nos fugiant, cum non præterierint etiam quæ præterierunt. Ipse studio assiduo, summaque industria vetustissima quæque ab interitu in hoc præclaro Opere vendicavit. Nullum non lapidem movit ut in illis incisam, sed obliteratam jam priscarum rerum memoriam vernaculi, Latinique sermonis beneficio in posteros propogaret: *Apis Matinæ more, modoque Grata carpentis thyma per laborem Plurimum*, animo, si non corpore, *saltus sylvasque peragrans* delitescentis veritatis succum ingenii acumine, seu aculeo elicuit, ut nobis intra hos Libros mellificaret. Denique, quod Plinius in hoc scribendi genere, ut expertus, arduum judicabat, (quantum homini conceditur) diligentissimus hic Auctor assecutus est, nempè: *Vetustis novitatem dare, novis autoritatem, obsoletis nitorem, obscuris lucem, fastiditis gratiam*,

tiam, dubiis fidem. (*Plin. in Præfat. ad Vespas. de Historia Naturali.*) Itaque Opusculum hoc, fuerit licèt cum Academiæ Actis jam typis mandatum, dignissimum censeo, quod multis auctum rursùs, seorsimque jussu Vestro in lucem edatur. Ulyssippone Occidentali è Congregatione Oratorii nono Calendas Martii an. CIↃ.IↃ.CCXXXVII.

Joannes Col.

O Director, e Censores da Academia Real da Historia Portugueza, mandaõ, que se torne a imprimir este livro com o additamento, que lhe fez o seu Author, vistas as Approvaçoens dos dous Academicos, a que se commetteo o seu exame. Lisboa Occidental 24. de Fevereiro de 1737.

Antonio dos Reys.

F. Marquez de Valença.

Dom Diogo Fernandes de Almeida.

Nuno da Sylva Telles.

PRO-

PROLOGUS.

ECce Bracarum antiquitates vetustatis studiosis legendas præbeo. Quo labore, & quo veritatis studio Lectoribus judicium esto. Sexdecim abhinc annis valetudinis ergo Bracaram commeavi, & triennio commoratus sum. Verùm pauca illius Diœcesis Oppida lustrare mihi datum, neque enim illa tempestate Bracarum Commentaria conscribere cogitabam, nec si cogitarem, animo, & corpore æger, ad investiganda vetustissima monumenta, quæ cum Bracaræ, tum aliis in illius Interamnensis Provinciæ locis perdurant, incumbere potuissem. Cùm ergo Olyssiponem remeassem, & jussu Augustissimi Regis nostri Diœcesis Bracaraugustanæ Sacros Commentarios scribere statuissem, nihil prætermisi quo minus de origine, antiquitatibus, monumentis, Populis, Moribus, Familiis, Urbibus, Oppidis, cæterisque

ad

PROLOGO.

PUblîco as Antiguidades dos Povos Bracarenſes, em contemplaçaõ dos curioſos. O trabalho, e verdade, com que procurey compor eſta Obra, o deixo ao juizo dos Leitores. Paſſey a Braga haverà dezaſſeis annos, para mudar de clima em razaõ da indiſpoſiçaõ da ſaude, onde reſidi tres annos; porém foraõ poucas as terras, que vi da Provincia de Entre Douro, e Minho, porque naquelle tempo naõ me paſſava pela imaginaçaõ o haver de occuparme na compoſiçaõ das Memorias da Dioceſi Bracarenſe; e quando me paſſaſſe, mal poderia, eſtando enfermo, determe a obſervar os antigos monumentos, que permanecem, aſſim em Braga, como em toda aquella Provincia. Voltando depois para Lisboa, por ordem de Sua Mageſtade (que Deos guarde) entrey a diſporme para eſcrever as Memorias Eccleſiaſticas da Dioceſi Bracarenſe, Primaz das Heſpanhas,

nhas,

ad Bracarum tractum ſpectantibus inſtitutus evaderem. Cujus rei gratiâ recentiores, vetereſque Scriptores evolvi; Græca Ptolomei, Strabonis, Stephani, Appiani, aliorumque exemplaria adivi; viros antiquitatum, locorumque peritiſſimos Provinciæ Interamnenſis, & Tranſmontanæ per litteras conſului. Cùmque animadverterem Bracarum antiquitates à noſtris Scriptoribus leviter eſſe tactas, ſeu potius magnopere implicatas, neglectas, tenebriſque obductas, eas in apricum proferre deliberavi. Utque tam noſtris, quàm exteris apertæ fierent, Luſitano, Latinoque idiomate hoc opus in lucem edere curavi.

Vale.

¶¶¶ IN-

nhas, termos em que procurey, além das noticias, que já tinha, instruirme plenamente nas antiguidades daquella Provincia: a saber, dos seus monumentos, origens, Povos, costumes, Familias, Cidades, e Povoaçoens. Para o que li com cuidado aos Escritores modernos, e antigos, occupey-me na liçaõ dos exemplares Gregos de Estrabo, Ptolomeo, Estephano, Appiano, e outros, e consultey por cartas as pessoas mais doutas, e peritas nas antiguidades das duas Provincias de Entre Douro, e Minho, e Traz os Montes. E advertindo, que as antiguidades dos Povos Bracaros, a que hoje chamamos Bracarenses, Interamnenses, e Transmontanos, se tinhaõ muy brevemente tocado pelos nossos Escritores, e que se achavaõ confusas, e escurecidas, determiney desembaraçallas, e escrevellas com clareza, e mais diffusamente. E para que a todos chegasse a noticia dellas, procurey dar ao publico esta obra, juntamente na lingua Latina, e Portugueza.

IN-

INDEX
CAPITULORUM HUJUS Voluminis.

LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

CAPUT II.

CAPUT III.

CAPUT IV.

CAPUT V.

CAPUT VI.

INDEX
DOS CAPITULOS CONTEUDOS neſte Volume.
LIVRO PRIMEIRO.

CAPITULO I.

CAPITULO II.

CAPITULO III.

CAPITULO IV.

CAPITULO V.

CAPITULO VI.

LIVRO

LIBER SECUNDUS.

CAPUT I.

CAPUT II.

CAPUT III.

CAPUT IV.

CAPUT V.

CAPUT VI.

CAPUT VII.

CAPUT VIII.

CA-

LIVRO SEGVNDO.

CA-

LIBER TERTIUS.

CA-

LIVRO TERCEIRO.

CA-

CAPUT V.

CAPUT VI.

CAPUT VII.

CAPUT VIII.

CAPUT IX.

CAPUT X.

CAPUT XI.

CAPUT XII.

CAPUT XIII.

CA-

LIBER QUARTUS.

CAPITULO XIV.

LIVRO QUARTO.

CAPITULO I.

CAPITULO II.

CAPITULO III.

CAPITULO IV.

CAPITULO V.

CAPITULO VI.

CAPIVULO VII.

LI-

LIBER QUINTUS.

CAPUT I.

CAPUT II.

CAPUT III.

CAPUT IV.

CAPUT V.

CAPUT VI.

CAPUT VII.

CA.

LIVRO QUINTO.

CAPITULO I.

CAPITULO II.

CAPITULO III.

CAPITULO IV.

CAPITULO V.

CAPITULO VI.

CAPITULO VII.

CA-

DE

DE ANTIQUITATIBUS CONVENTUS
BRACARAUGUSTANI.
LIBER PRIMUS.

NTER eos, qui proximo à postremo sæculo, maxima cum laude antiquitatis studiosissimi evasere, meritò numerandus est Resendius noster. Scripsit hic plurimos libros, & Opuscula, quibus memorias antiquas diligentissimè prosequitur. Inter cœtera plurimi fit volumen inscriptum *De Antiquitatibus Lusitaniæ*, in libros quatuor divisum; ubi summa eruditione, labore maximo, & venusta oratione agit de situ, & nominibus montium, fluminum, urbium, populorum, deque istorum moribus, origine, cœterisque ad Romanorum tempus, & veterem Lusitaniam spectantibus. Verùm de iis, quæ attinent ad Interamnensem, Transmontanamque Provinciam, quæ olim Bracarum Conventûs potiorem partem efficiebant, intraque pervetustæ Lusitaniæ

 fines

DAS ANTIGUIDADES
DA CHANCELLARIA DE BRAGA.
LIVRO PRIMEIRO.

NTRE os Varoens, que no feculo decimofexto floreceraõ no eftudo das antiguidades, foy hum o noffo Refende. Efcreveo diverfas Obras, em que com exacçaõ declarou muitos monumentos, e noticias antigas. Entre eftas he particularmente eftimado hum volume, que intitulou *Das Antiguidades de Portugal*, e o dividio em quatro livros; no qual com muita erudiçaõ, trabalho, e eftylo proprio, trata do fitio, e nome dos montes, rios, Cidades, e Povos da Lufitania, e da origem, e coftumes dos taes Povos, e tudo o mais, que pertence a Portugal no tempo antigo dos Romanos. Sómente trata pouco, ou nada da Provincia de Entre Douro, e Minho, e Traz os Montes, as quaes antigamente eraõ a porçaõ mayor, e mais nobre da Chancellaria dos Povos Bracaros, e eraõ parte

„ fines continebantur, vel prorſus ſilet, vel pauca tra-„ dit. Seu quia homo Tranſtaganus à Bracaris longè „ diſtans, ea, quæ oculis non perceperat, ſcriptis man-„ dare noluit. Seu, quod potiùs credo, cum eodem „ tempore Joannes Barrius Juriſconſultus multijugæ „ eruditionis vir, vernaculo ſermone librum conſcri-„ pſiſſet *De Antiquitatibus, & rebus notabilibus Interam-„ nenſis Provinciæ*, de quo libro in ſuis Antiquitatibus „ ipſe Reſendius meminit, (*a*) ne videretur acta age-„ re, & ex alieno labore parare ſibi laudem, ea, quæ „ ad Bracaros ſpectabant, ſuo Operi inſerere recuſavit. „ Vel tandem, quippe Reſendius volumen illud inchoa-„ tum, nec perfectum reliquit, ut ſatis conſtat. (*b*) „ Cùm ergo totus ille Bracarum tractus monumentis ve-„ tuſtatis abundet, quorum notitia non modo exteros, „ verùm etiam noſtros homines lateat, exiſtimavi gra-„ tum fore omnibus antiquitatis ſtudioſis, ſi ea ſcripto „ complecterer, & vulgarem. Veſtigiis igitur Reſendii „ inhærendo, de antiquitatibus Bracarum dicere aggre-„ diamur.

CAPUT I.

De nomine Bracara & Bracarus, & de hujus ſignificatione, & de limitibus Conventûs Bracarum.

1 „ BRacaræ nominis etymologiam tradere non „ audeo; quæ enim apud aliquos jactantur „ de flumine Bragada Afros irrigante, quos aſſerunt „ Bracaram condidiſſe; commentitia eſſe validis ratio-„ nibus recentiores Critici evincunt. (*a*) Magis ad ve-„ ritatem, seu potiùs ad veriſimilitudinem accedunt, „ qui opinantur Bracaram nomen deductum eſſe à *Bra-„ cos*, ſeu *Braca*, Græcè quoddam genus veſtimenti ſi-„ gnificante. Certè ipſa vox Bracara quid Græcum ſa-

A ii pit,

parte da primitiva Lusitania. O que parece succedeo, porque como era natural do Alentejo, Provincia muy distante das outras duas, naõ quiz tratar daquillo, que naõ tinha examinado com os seus olhos. Ou, o que se faz mais crivel, porque como no mesmo tempo o Doutor Joaõ de Barros, homem Jurisconsulto, e de muitas noticias, tivesse no nosso idioma composto hum livro, de que o mesmo Resende faz mençaõ nas suas Antiguidades, e tomasse por assumpto as Antiguidades, e cousas notaveis da Provincia de Entre Douro, e Minho, naõ quiz Resende se entendesse, queria arrogar a si o applauso do trabalho alheyo. Ou finalmente, porque Resende naõ deixou aquella Obra acabada, mas imperfeita, como todos sabem. Sendo pois assim, que aquellas duas Provincias estaõ cheas de memorias antigas, de que naõ tem noticia os Estrangeiros, nem ainda os nossos Portuguezes, pareceo-me, que daria gosto aos curiosos de antiguidades, se compozesse hum volume das sobreditas, e o publicasse. Movido pois desta razaõ, seguindo a mesma fórma de Resende, entro a escrever as Antiguidades dos Povos Bracarenses.

CAPITULO I.

Do nome Braga, e Bracarense, e sua significaçaõ, e dos limites da Chancellaria dos Bracarenses.

1 CONfesso, que me naõ atrevo a dizer, qual seja a etymologia do nome Braga, porque quanto a dizerse, que procedia do rio Bragada, que corre pelos campos de Africa, cujos moradores edificaraõ a Cidade de Braga, he noticia, que se acha convencida de falsa pelos Criticos modernos, e com bons argumentos. Mais se chegaõ para a verdade, ou

por

„pit; & cùm Braca sit dialecti Æolicæ, ut asserit Constantinus, (*b*) & Lusitana Interamnensium dialectus „cum Æolica in multis conveniat, posteaque (*c*) cum „Plinio, & Trogo Pompeio asserendum sit Græcos to- „tum hunc Bracarum tractum ad mare vergentem lon- „gè ante Romanos incoluisse, sententiam hanc sper- „nendam non putaverim. Verùm in re pervetusta, & „à memoria hominum remotissima, neque teste ido- „neo, neque traditione comprobata, quis conjectu- „ram pro veritate asseverare audeat?

2 „Debet verò nomen Bracara, quemadmodum „hîc scribimus, formari; quod Plinii Codices, (*a*) & „innumeræ inscriptiones adducendæ (*b*) convincunt. „Neque decipiamur à Ptolomeo (*c*) *Braicara* inscri- „bente, quod Latinè verti debet *Brecara* dipthongo „*ai* Græcorum migrante in *e* apud Latinos. Vir enim „extraneus, qui Bracaros nunquam adiverat, & tabu- „las Geographicas Alexandriæ conficiebat; quæ urbs „immani spatio à Bracara distabat, facilè in errorem „lapsus est. Cave etiam per litteram *ch* aspiratam „scribas, in quo à multis peccatur; licèt enim in una, „aliave inscriptione Romana per *ch* aspiratam inve- „niatur incisum; ex inscitia, seu culpa fabri evenis- „se colligitur; tum quia inscriptiones illas extra Bra- „caram exaratas esse dicitur, tum etiam quæ Romæ, „& Bracaræ extant, per non aspiratam *c* scribantur. Nec „futurum puto, ut quis sanæ mentis sibi persuadeat, „fabros externos præstantius callere Orthographiam „nominis Bracaræ, ac ipsos indigenas; neque geminis „inscriptionibus plus auctoritatis inesse in re ortho- „graphica, quàm innumerabilibus. Pari ratione ins- „criptionem adductam à Celario, (*d*) qua gemina lit- „tera *c* nomen Bracara legitur, contra Orthographiam „peccasse concludendum est.

3 „A' Bracara deductum est patrium nomen Bra- „carus. Vox autem *Bracarensis*, qua utuntur recen- „tiores, est planè barbara, & non solùm ab ævo Au-

„gusti,

por melhor dizer, ao verosimil, os que affirmaõ, que o nome Braga próveyo da voz *Bracos*, ou *Braca*, que em Grego significa hum certo genero de vestido. Na verdade o nome *Bracara* lá se encosta, e tem suas apparencias de Grego. E sendo assim, que *Bracos* he o nome do dialecto Eolico, com o qual convem em muitas cousas o dialecto Portuguez da Provincia de Entre Douro, e Minho, e abaixo hajamos de mostrar com Plinio, e Trogo Pompeyo, que os Gregos, muito antes dos Romanos, povoaraõ toda aquella Costa da sobredita Provincia, naõ parece razaõ desprezar a tal etymologia. Porém como estamos em huma materia antiquissima, e esta origem nem conste da tradiçaõ, nem de Escritores antigos, pareceme demasia seguralla por verdadeira.

2 O nome *Bracara* deve escreverse na fórma, em que aqui o escrevemos. Nem cause embaraço ver, que Ptolomeo em Grego escreveo *Braicara*, que em Latim se deve verter *Brecara*, em razaõ de o diptongo *ai* dos Gregos se mudar em *e* entre os Latinos; porque Ptolomeo, como homem Estrangeiro, que nunca esteve em Braga, e compoz a sua Geografia em Alexandria, Cidade muito longe de Entre Douro, e Minho, facilmente commetteo este erro. Advirta-se tambem, a que o nome *Bracara* se naõ escreva com *ch*, erro, em que muitos cahem; porque ainda que se ache assim gravado em huma, ou duas columnas Romanas, he certo, que isso procedeo ou de ignorancia, ou do descuido do official; o que se infere, de que as taes columnas foraõ obradas, e gravadas fóra de Braga; e nas inscripçoens, que estaõ em Braga, e Roma, naõ se acha o *h* no nome *Bracara*: e quem será taõ imprudente, que entenda, que os officiaes estranhos sabiaõ melhor a Orthografia do nome de Braga, que os seus patricios? Ou quem se persuadirá, a que tem mais authoridade em pontos de Orthografia duas inscripçoens, do que infinitas? Pela mesma razaõ concluimos,

„gusti, & Latinitatis puræ; verùm etiam à Romanæ
„dominationis tempore, & media Latinitate aliena;
„irrepsit enim in Latinum sermonem, cum jam Se-
„ptentrionalium nationum barbaries Romanam lin-
„guam vitiasset; nam illius vocis usum primo inve-
„nio in Concilio habito Toleti, Stilicone consule, & in
„Epistola Aviti ad Balconium Episcopum paucis pòst
„annis scriptâ.

4 „Ante Augusti ævum, vel saltem ad Decii,
„sivè Decimi Junii Bruti Consulatum, Bracarum no-
„mine significabantur tantum Bracaræ Civitatis incolæ,
„ut colligitur ex Appiano (*a*) in Expeditione Bruti ad-
„versus Bracaros; in cujus Expeditionis relatione, ni
„fallor, primum apud Historiographos de Romanorum
„gestis, Bracarum nomen auditur. Postea Augusti
„ætate, addito Bracaræ cognomine Augustæ, verna-
„culis, vetustisque populorum confiniis perturbatis,
„hujus civitatis incolæ Bracaraugustani appellati sunt;
„Bracari verò, quotquot Bracaram disceptatum venie-
„bant. Bracarum ergo Gentilitios illius prisci tempo-
„ris limites designare, neminem præstare posse existi-
„mo, dum Livii, & Polibii, alterius vè Scriptoris an-
„tiqui libri de Expeditione Bruti, & expugnatione ho-
„rum populorum lateant. Suspicarer tamen animad-
„versa Appiani narratione de Bruti profectione in Bra-
„caros, & more Plinii in denominandis Populis, omne
„illud spatium ad mare pertingens, quod à fauce flu-
„minis Limiæ adusque ostia Durii protenditur, illa
„tempestate ad Bracaros pertinuisse; cùm Appianus
„(*b*) asserat, Brutum superato Limia copias in Braca-
„ros duxisse. Unde constat tunc temporis à Limia ad
„Bracaram, omnia sub Bracarum nomine contineri.
„Plinius (*c*) autem affirmando Durium flumen discri-
„minare Lusitaniam à Gallæcis, & ibi Bracarum gen-
„tem à Turdulis arcere, videtur inuere priscos ejus fi-
„nes ad Durium usque processisse.

5 „Cæterùm hæc gens in illa vernacula, & prisca
„popu-

cluimos, que huma inscripçaõ allegada por Cellario, em que o nome *Bracara* se escreve com *c* dobrado, está errada.

3 Do nome *Bracara* se deriva o nome patrio Bracaro; e a voz Bracarense, de que usaõ os modernos, he certamente barbara a respeito da lingua Latina, e naõ só alhea da Latinidade pura, e tempo de Augusto, mas ainda da Latinidade media, e tempo do Imperio Romano; porque se introduzio na lingua Latina, depois de viciada pelas Naçoens Septentrionaes: o que se vê, de que a primeira vez, que se encontra este nome, he no Concilio primeiro de Toledo, celebrado sendo Consul Stilicon, e na Carta de Avito escrita poucos annos depois ao Bispo Balconio.

4 Debaixo do nome Bracarenses, até o tempo de Augusto Cesar, ou ao menos até o Consulado de Decio Junio Bruto, só se entendiaõ os moradores da Cidade de Braga, e seu termo, como se collige de Appiano, quando refere a Expediçaõ de Bruto contra os Bracarenses; e he esta, se me naõ engano, a primeira vez, que na Historia Romana se acha o nome Bracarenses. Depois no tempo de Augusto, como se deu a Braga o titulo de Augusta, e se confundiraõ as demarcaçoens antigas, e nacionaes dos Povos, os moradores de Braga se ficaraõ chamando Bracaraugustanos, e Bracarenses todos os Povos, que concorriaõ a Braga a litigarem, e serem despachados. Pelo que entendo, que naõ he possivel demarcar os confins antiquissimos, e nacionaes dos Povos Bracarenses, sem apparecerem os escritos de Tito Livio, ou Polibio, ou de outro Escritor antigo, que descrevesse a Expediçaõ de Bruto, e conquista destes Povos. Com tudo ponderada bem a narraçaõ de Appiano a respeito da guerra, que Bruto fez contra os Bracaros, e o costume de Plinio em nomear os Povos, pareceme, que todo aquelle espaço visinho à Marinha, que corre desde a foz do rio Lima até o Douro, pertencia naquella idade

aos

„ populorum divisione Lusitaniæ portio erat, ut per-
„ sæpe testatur Strabo, (*a*) qui unus è Geographis, des-
„ pectis politicis populorum, & Provinciarum parti-
„ tionibus, (*b*) vel uno verbo indicatis, totus est in
„ Gentilitiis populorum terminis designandis, perinde-
„ que cæteris ejus auctoritas anteponenda, quoties de
„ terrarum descriptione ante Augusti ætatem agitur.

6 „ Postquam, Augusto imperante, Bracara Con-
„ ventus juridici honorem adepta est, Bracarum con-
„ finia hoc modo se habebant. Eorum Occidentale la-
„ tus ab ostio Durii initium capiebat, ac per oram
„ maritimam inde excurrens, & ultra Minii fauces pro-
„ grediens, civitatemque Helenen, nunc *Pontevedram*,
„ dictam amplectens, prope illam terminabatur, & Se-
„ ptentrionali lateri copulabatur. Quod exinde infra
„ Cilenos versus Orientem protentum, superato Minio
„ amne, quo loco Bubalis in ipsum confluit, ultra ur-
„ bem Compluticam, nunc *Lubian* appellatam, pro-
„ cedebat. Inde per lineam intrò recedentem, quæ
„ non longè ab oppido *Vinhaes* deducebatur, & usque
„ ad Durium descendebat, Orientale figurabatur latus.
„ Ipse verò amnis profluens in Occidentem, Australis
„ lateris vices gerebat. Cujus descriptionis certitudo
„ nititur authoritate Plinii (*a*) tradentis Bracarum esse
„ totam oram maritimam à Durio Cilenos usque, quæ
„ ora certè Occidentalem respicit plagam. Cætera cùm,
„ de situ Vibalorum, Aobrigensium, Pineti, & Com-
„ pluticæ disputabimus, plana fient.

7 „ Ex eo Augusti Cæsaris tempore, nativis Pro-
„ vinciarum limitibus abolitis, gens Bracarum Lusita-
„ niæ subtracta, & Tarraconensi Provinciæ addita, Lu-
„ sitanum nomen abdicavit, & pro Ulteriore Hispaniâ,
„ Citerior in perpetuum est nuncupata.

8 „ Circa Bracarum originem multa non contem-
„ nendi Scriptores mentiuntur, tum alii eam ad Ægyp-
„ tios, alii ad Bracatos Gallos, alii ad Afros, sine tes-
„ timonio probati Authoris referunt; cùm certum sit,

aos Bracarenſes, em razaõ de que Appiano affirma, que Bruto, paſſado o Lima, movera o Exercito contra os Bracarenſes, donde ſe vê, que daquelle rio até Braga tudo era dos taes Povos. E Plinio dizendo, que o Douro ſeparava os Luſitanos dos Gallegos, e os Bracarenſes dos Turdulos, dá a entender, que os limites dos primitivos Bracarenſes chegavaõ até o Douro.

5 O que naõ tem duvida he, que os taes Bracarenſes naquella primitiva demarcaçaõ, eraõ parte da Luſitania, como repetidas vezes teſtifica Eſtrabo, que he o unico Geografo, que deſprezadas, ou, como elle diz, ſómente tocadas as demarcações politicas, e ordenadas pelos Emperadores, ſe occupa todo em deſcrever as terras pelas ſuas demarcações nacionaes; e aſſim prevalece a ſua authoridade a todas as mais, no que pertence à demarcaçaõ das Provincias antes do tempo de Auguſto.

6 Depois que eſte conſtituîo a Braga Convento juridico, iſto he, Chancellaria, os limites dos Bracarenſes eraõ os ſeguintes. Começava o lado Occidental na foz do Douro, e correndo pela coſta do mar acima, paſſava a foz do rio Minho, e chegava até a Cidade de Helene, a que hoje chamaõ Pontevedra, abraçava-a dentro em ſi, e alli ſe findava, e unia com o lado Septentrional, que principiando deſde aqui, hia cortando para a parte do Oriente, por baixo dos Povos Cilenos, e atraveſſava o rio Minho, onde recebe as aguas do rio Bubal, e proſeguia ate meter dentro em ſi a Cidade de Complutica, chamada agora Lubian, onde ſe findava. Dalli principiava o lado Oriental por huma linha, que ſe vinha affaſtando para dentro, e neſta fórma vinha deſcendo até Vinhaes, que abraçava, e continuava a deſcer até acabar no Douro, cuja corrente formava o lado do Meyo dia. Fundaſe eſta deſcripçaõ na authoridade de Plinio, que diz, que toda a marinha deſde os Povos Cilenos até a foz do Douro, pertencia à Chancellaria

„ Bracaros sobolem esse Græcorum, quod Plinius, (*a*)
„ quod Trogus, (*b*) quod prisca traditio gentis, lo-
„ quela, mores, sacra, nominaque apertè confirmant.
„ Rationes verò, quibus recentiores Critici originem
„ hanc intendunt impugnare, in nostris Commentariis
„ Bracaraugustanæ Diocœseos fusè & perspicuè dilui-
„ mus, & confutavimus. Quo verò tempore, quo du-
„ ce, quâve ratione in hanc regionem commigrave-
„ rint Græci, res est incerta, neque enim Diomedis,
„ & Teucri navigationes in oram maritimam Gallæciæ,
„ non secus ac incertas affirmare ausim. Non tamen
„ negaverim Bracaros etiam à Celtis, & Turdulis genus
„ ducere, quando ex Strabone (*c*) constat, has gentes
„ expeditionem in loca Bracaros circumjacentia fecisse,
„ ortâque seditione juxta Limiam amnem, inter utras-
„ que, multos cum Celtarum, tum Turdulorum ibi
„ sparsos remansisse. De quâ expeditione, ni fallor,
„ etiam meminit Avienus, ut postea docebimus.

9 „ De moribus priscorum Bracarum insignis est
„ locus Appiani (*a*) dicentis: *Hi sunt populi, qui etiam*
„ *ipsi cum mulieribus armatis in bellum proficiscuntur, ala-*
„ *cresque nec sibi parcentes, in mortem vadunt, in pugna*
„ *verò nunquam terga vertunt, nec morientes lamentantur.*
„ De fœminis quidem sic prosequitur: *Mulierum verò,*
„ *quæ capiebantur, nonnullæ manus sibi inferebant, aliæ*
„ *suos natos necabant, utpote quæ id mallent, quàm manci-*
„ *pia esse.* Strabo (*b*) sub nomine Lusitanorum Braca-
„ ros comprehendens tradit eos, qui ad amnem Duri-
„ um habitabant Laconicæ uti vitæ ratione, bis ungu-
„ ento utentes, & candentibus lapidibus calefacientes,
„ & frigida se lavantes, unoque cibi genere purè, fru-
„ galiterque utentes. De cæteris generatim asserit Diis
„ immolare, capros maximè edere, Martique litare,
„ ritu Græco centuriam victimarum, Hecatombas Græ-
„ ci vocant, quotannis instituere. Certamina gymnica
„ edere, matrimonia Græco more contrahere. Multa-
„ que alia de eorum vivendi ratione prædicat, quæ

 cùm

ria dos Bracarenfes ; e he certo, que a fobredita cofta ólha para o Occidente. O de mais conftará claramente, quando tratarmos da fituaçaõ dos Vibalos, de Abobrica, de Pineto, e de Complutica.

7 Defde efte tempo, em que Augufto defcompoz os confins primitivos das Provincias, defmembrados os Povos Bracarenfes da Lufitania, e incorporados à Provincia Tarraconenfe, perdeo aquelle Paiz o nome de Lufitania ; e chamandolhe até entaõ Ulterior, lhe ficaraõ agora chamando Hefpanha Citerior.

8 Pelo que refpeita à origem dos Bracarenfes, alguns Efcritores de boa nota referem muitas coufas falfas, dizendo huns, que defcendiaõ dos Egypcios, outros dos Gallos Bracatos, outros dos Carthaginenfes ; porém fem allegaçaõ de Author idoneo. Aliás he certo, que os taes Povos procediaõ dos Gregos, fegundo relataõ Plinio, e Trogo Pompeo ; e de mais fe confirma pela tradiçaõ, coftumes, facrificios, nomes, e ainda hoje o perfuade o Dialecto, e pronuncia. E as razões, com que os Criticos modernos intentaõ impugnar efta defcendencia, clara, e diffufamente as deixamos confutadas nos noffos Commentarios da Dioceſi Bracarenfe, Primaz de Hefpanha. He bem verdade, que o tempo, o Capitaõ, o motivo, com que os Gregos paffaraõ a efte Paiz, faõ coufas efcuras, e affim naõ oufara a dar por certas as navegaçoens de Diomedes, e Teucro à Provincia, ou terras de Galliza. Advirto porém, que convenho, em que tambem os Bracarenfes defcendiaõ dos Celtas, e Turdulos, vifto conftar de Eftrabo, que eftas nações fe moveraõ, e confederaraõ, para conquiftar as terras circunvifinhas a Braga, e que chegando ao rio Lima, houvera entre eftes alliados huma grave diffenfaõ, de que refultara tanto Celtas, como Turdulos, ficarem efpalhados por aquelle Paiz. E defta expediçaõ, a meu ver, faz tambem mençaõ Avieno, como depois diremos.

Quan-

„cùm non speciatim de Bracaris dicantur iis, qui de
„Callaicorum, & Lusitanorum priscis moribus tractant,
„describenda relinquo.

CAPUT II.

De monte Medulio, & Narvasiis. De flumine Durio, Avo, Celano, & Nebi.

1 „REgionem Bracarum montuosam esse,
„qui illam adierit, minimè dubitabit.
„Nullum tamen tot montium, apud Scriptores tum
„Græcos, tum Romanos, nominatum invenio. Duo
„sunt, quos ex traditis in Romanorum annalibus, in-
„tra Bracarum Conventum sitos esse contendo, nem-
„pe Medulium, & Narvasios. Medulium collocat Oro-
„sius (*a*) in Ulteriore Gallæcia, Oceano proximum,
„& Minio fluvio imminentem; quæ adjuncta nulli alii,
„quàm monti intra Bracaros sito, congruunt; quique
„enim montes cis, & ultra Minium sunt ipsi impen-
„dentes, Oceanoque contermini, ad Bracaros spectas-
„se, ex allatâ ipsius Conventus descriptione satis pa-
„tet; proinde certo certius est decipi quoscunque re-
„centiores Geographos, & Historiographos, qui Me-
„dulium inter montes Cantabriæ, Citeriorisve Gallæ-
„ciæ annumerant. Plura de Medulio dicere non au-
„deo, neque illius situm definitè designare. Unum
„hoc adjiciam, siquis eum in sinistrâ Minii ripâ, non
„procul ab Oceano describat, me inficias non itu-
„rum, Ulterioris enim Gallæciæ nuncupatio ab Au-
„gusti ætate, nulli certius, quàm Interamnensi nos-
„træ Provinciæ conveniebat.

2 „De montibus Narvasiis mentio fit apud Ida-
„tium, (*a*) & narratione ejus attentè observatâ, ipsos
„non tantùm per Bracaros discurrere assero, verùm
„etiam

9 Quanto aos costumes dos primitivos Bracarenses, temos huma noticia singular de Appiano. Diz elle desta sorte: *Estes saõ aquelles Povos, que vaõ à guerra juntamente com suas mulheres armadas, e ellas valerosas, e sem se poupar aos perigos, se offerecem à morte. Naõ fogem na batalha, nem se occupaõ em carpir aos que morrem.* E logo mais abaixo prosegue a respeito das mulheres: *As mulheres, que ficavaõ cativas, humas se matavaõ a si mesmas, outras matavaõ aos filhos, querendo-os antes mortos, que cativos.* Estrabo, que no nome de Lusitanos comprehende os Bracarenses, diz, que os que moravaõ junto ao Douro, viviaõ ao modo dos Lacedemonios, usando de untar o corpo com unguento duas vezes no dia, de pedras em braza para se aquentarem, e de agua fria para se lavarem, e que só usavaõ de hum genero de mantimento, e desse moderadamente. Dos de mais diz em geral, que faziaõ sacrificios aos Deoses, e que principalmente offereciaõ cabritos a Marte, e que todos os annos, na fórma dos Gregos, offereciaõ cem victimas, (a que os Gregos nomeaõ Hecatombe.) Divertiaõ-se na luta, e celebravaõ os casamentos ao modo tambem dos Gregos. Outras muitas circunstancias relata da sua ordem de vida, as quaes como naõ pertencem sómente aos Bracarenses, as deixamos, para os que escrevem dos antigos costumes dos Gallegos, e Lusitanos.

CAPITULO II.

Dos montes Medulio, e Narvasos, dos rios Douro, Avo, Cavado, e Neiva.

1 TOdos os que tem visto o Paiz Bracarense sabem, que he regiaõ montuosa; porém entre tantos montes, de nenhum acho o nome nos Escri-

„ etiam non procul à Bracarâ Augustâ distare ; jam
„ enim laudatus Scriptor posteaquam indicasset inter
„ Suevos, & Vandalos convenisse, ut illi partem Gal-
„ læciæ extremitati maris occiduæ conterminam, hi ve-
„ rò restantem occuparent, refert inter utrosque bel-
„ lum excitatum esse, Vandalosque, Suevos ad Narva-
„ sios montes receptos obsedisse, indeque obsidione
„ dimissâ, & Bracarâ Augustâ, non sine aliquâ suorum
„ strage abiisse, & Gallæcia Suevis, & Romanis reli-
„ cta in Provinciam Bæticam aufugisse. Ex quâ narra-
„ tione optimè deducitur, nominatos montes Augustâ
„ Bracarâ non longè abesse, ut pote, quæ extremitati
„ occiduæ Gallæciæ, & mari proxima adjacebat ; Sue-
„ vique inde à Vandalis pulsi, in Narvasia juga, velut
„ in arcem confugerent, neque enim Gallæciam Lucen-
„ sem & cis Minium peterent, quæ tota ditioni Van-
„ dalicæ subjiciebatur ; neque cederent, superato Du-
„ rio, in Lusitaniam, quæ à Romanis tenebatur. Un-
„ de relinquitur Narvasios montes non modò ad Bra-
„ caros pertinuisse, verùm intra nostræ Interamnensis
„ Provinciæ, vel saltem Transmontanæ terminos conti-
„ neri. Et ipsa mutua secessio à Bracaris in Narvasios,
„ & à Narvasiis in Bracaram, satis proximitatem inter
„ hos montes, & ipsam urbem ostendit.

3 „ Inter celeberrimos Bracarum fluvios cum aqua-
„ rum copia, tum oppurtunitate navigationis primus
„ occurrit Durius. Dorios Græcè dicitur. Communis
„ erat Bracaris, & Turdulis, (*a*) quos inter fluebat.
„ Oriebatur in Pelendonibus, & inde descendens, no-
„ bilissimos Hispaniæ populos irrigabat. Jamque mul-
„ torum fluviorum accessu clarus, non procul à Bra-
„ carum Conventu, inamænis, & confragosis ripis un-
„ dequaque coërcitus, è præalta rupe magno aquarum
„ strepitu cadebat, & inde saxoso alveo, citatissimo-
„ que cursu perpetuò fluens, in mare Occiduum eva-
„ debat. Verùm nec rapiditas, nec scopuli sub un-
„ dis latentes, accolas ab ipsius navigatione deterre-
„ bant.

Escritores Gregos, ou Latinos, excepto o de dous; que pertendo, cahiaõ na demarcaçaõ dos Bracarenses, segundo se infere do relatado na Historia Romana; a saber, o Medulio, e os Narvasios. Ao Medulio situa Orosio na Galliza Ulterior, visinho ao Oceano, e imminente ao rio Minho, as quaes confrontaçoens só podem convir a monte situado no Paiz dos Bracarenses, porque todas as montanhas, que se encontraõ à quem, e além do Minho, visinhas ao mesmo rio, e tambem ao mar, pertenciaõ aos Bracarenses, segundo a descripçaõ, que acima deixamos feita do seu Paiz. E assim he certissimo, que se enganaõ os Geografos, e Historiadores modernos, que collocaõ este monte nas serras de Cantabria, ou da Galliza Citerior. Naõ posso dizer mais nada deste monte, nem assinar precisamente a sua situaçaõ. Com tudo naõ me parecerá mal o situallo nas nossas margens do Minho, e perto ao mar; porque he certo, que o nome de Galliza Ulterior, desde o tempo de Augusto, a nenhum Paiz convinha tanto, como à nossa Provincia de Entre Douro, e Minho.

2 Dos montes Narvasios faz mençaõ Idacio, e observada attentamente a sua narraçaõ; naõ só julgo, que corriaõ por entre os Bracarenses, mas que naõ estavaõ a grande distancia de Braga; em razaõ de que Idacio depois de contar, que os Vandalos, e Suevos convieraõ, em que os primeiros occupassem a parte ultima de Galliza, que ficava a par do mar Occidental, e os segundos o restante; refere, que se movera guerra entre huns, e outros, e que os Vandalos cercaraõ nos montes Narvasios aos Suevos, que se tinhaõ retirado para alli, e que depois levantaraõ o sitio; e largada Braga, naõ sem alguma perda dos seus, deixaraõ Galliza aos Suevos, e Romanos, e se retiraraõ para Andaluzia. Da qual narraçaõ bem se colhe, que os sobreditos montes naõ estavaõ muy longe de Braga, pois esta ficava junto ao mar, e nas extremidades

„ bant. Tradit enim Strabo, (*b*) ipsum ab ostio adversâ aquâ spatio octingentorum stadiorum magnis scaphis navigari. Certè ultra adiri non poterat; imò rupe, & cataracta, de quâ dictum est, objecta, & pisces etiam à transitu arcente, navigatio spatium septingentorum stadiorum excedere nequibat; tot enim numerantur hodie ab ipsâ crepidine adusque fluvii ostia; nisi dicamus mare incubuisse terris, & post Augusti, seu Tiberii ævum, quo Strabo (*c*) scribebat, plurimum spatii in longitudinem hausisse, ipsaque Durii ostia retrocessisse. Cæterùm immanem illam rupem, è quâ diximus Durium præcipitem sese dare, nostra ætate, & etiam antiquiori, nostri Lusitani secare, & in frusta cominuere, ne navigationi obstaret, moliti sunt. Verùm re infectâ in cassum vota ceciderunt.

4 „ Utrum Durius tunc temporis, uno, geminove ostio in mare decurreret, non dixerim; pro comperto enim habeo, olim mari jam proximum in duo brachia dividi, detrusis aquarum impetu arenis, quæ objectæ in ripâ sinistrâ, universum eum in dextram inclinant. Quod paucis abhinc annis accidisse, dum Portucale commorarer, viri nobiles, & fidei incorruptæ testati sunt mihi. Addebant maiorum ætate illo sinistro, & jam obturato alveo, naves viam facere. De quibus cùm Dominum Rodericum Sâ, Tubucorum Dynastam, & Regalis Lusitaniæ Academiæ clarissimum decus, consulerem, respondit: apud se habere hujus veritatis indubitata testimonia, verum antiquiori hàc, quam assignabant, ætate, perinde ac modò, dextro alveo navigari solitum esse.

5 „ Nec apud Romanos Durius amnis, Tago, Pactolovè arenarum fulgore cedebat; quippe ipsum, quemadmodum illos, auriferum esse vulgabant. Unde Silius Italicus cecinit: (*a*)

Hinc certant Pactole tibi Duriusque Tagusque.

„ Sane quidem præsenti tempore fertur, quotannis in

des de Galliza Occidental ; e os Suevos expulsos della pelos Vandalos, se retiraraõ como para lugar mais forte, aos montes Narvasios, sendo certo, que naõ se haviaõ de retirar, nem para a Galliza além do Minho, que toda era da repartiçaõ dos Vandalos; nem para a Lusitania passado o Douro; porque esta ainda era dos Romanos. Donde se conclue, que os taes montes Narvasios naõ só pertenciaõ ao Paiz Bracarense, mas que cahiaõ no destricto de Entre-Douro e Minho, ou ao menos na Provincia de Traz os Montes. E a mesma alternaçaõ de marchas de Braga para os montes Narvasios, e destes para Braga, lá mostra, que naõ era demasiada a distancia entre elles, e aquella Cidade.

3 Entre os rios mais celebres dos Bracarenses o principal, assim na abundancia das aguas, como na commodidade da navegaçaõ, era o Douro. Em Grego se chama *Dorios*. Era este rio tanto dos Bracarenses, como dos Turdulos, porque corria entre huns, e outros. Nascia entre os Povos Pelendões, e desde alli vinha descendo, e fertilizando terras nobilissimas de Hespanha; e depois que as aguas de outros rios, incorporadas com as suas, o faziaõ caudaloso, e os fragosos rochedos, por onde cortava, o comprimiaõ, se vinha a despenhar com grandissimo ruido naõ longe do Paiz dos Bracarenses, e desde aquelle cachaõ corria sempre arrebatado, até se meter no mar para o rumo de Poente. Porém nem a furia das suas correntes, nem os penedos privavaõ aos Povos de navegarem por elle; pois diz Estrabo, que da foz para cima se navegava em barcos grandes, por espaço de vinte e cinco leguas. E na verdade naõ podia ser mais, antes nem mais de vinte legoas, em razaõ de que o precipicio, e cachaõ, que dissemos, naõ só havia de impedir a navegaçaõ, mas ainda a passagem dos peixes, pois vemos, que assim succede hoje, e que actualmente desde a foz do Douro, até aquelle precipicio só se contaõ vinte e huma, ou vinte

„ æstate, homines habitum ementitos, in locum, quo
„ Durius, fluvium Tuam accipit, advenire, & arenas
„ ex ripis in vas ligneum ad figuram vanni colligentes,
„ tandiu concutere, donec auri grana, & ramenta are-
„ næ permista secernantur.

6 „ In Durium non suas duntaxat, sed aliorum
„ torrentium aquas, flumen Tamaca evolvebat. De hoc
„ nec Romani, nec Græci Scriptores meminere; at ex
„ quâdam inscriptione Vespasiani ætate insculptâ, de
„ quâ postea (*a*) dicendum, certò deducimus, hunc
„ fluvium jam inde à Romanorum tempore usque in
„ præsens Tamaca vocari, verso tantùm *C*, in *G*, nunc
„ enim *Tamaga* appellatur. Amnis hic universus Bra-
„ carum erat, & illorum Conventum permeans, in
„ duas veluti medietates secabat. Ortus nanque inter
„ Septentrionales Bracaros Meridiem petebat, perpe-
„ tuo tamen in occiduam plagam magis ac magis ver-
„ gens, & Aquas Flavias prætervectus, lapideoque, &
„ valido ponte ibi junctus, postquam centum, & duo-
„ decim milliarium spatium decurrerat, Durium tri-
„ ginta & quatuor milliaria ab Oceano procul intra-
„ bat.

7 „ Post Durium Septentrionem versus amnis flue-
„ bat Avus, qui ortus è montibus, quos hodie *Serra*
„ *de Agra*, hoc est, montes asperos indigenæ nomine
„ dicunt, sexdecim milliarium, plus minusve è Bra-
„ cara sejunctis, Araducam præterfluebat, & dextra,
„ lævaque aliis fluviis in consortium admissis, minorum
„ navium capax habebatur; verùm non longè ab ostio
„ rupis objecta, per quam amnis præcipitem sese da-
„ bat, navigationi intrantium non parum, exeuntium
„ omninò officiebat, quippe his præcipitatus amnis
„ egrediendi non dabat facultatem; illis verò stationem
„ malèfidam præbebat.

8 „ Avo proximæ erant Celani fauces, duode-
„ cim tantum milliaribus interpositis. Resendius (*a*)
„ Avum inter, & Durium, hunc amnem, & illius
C ii „ ostia

te e duas leguas. Salvo se dissermos, que o mar se veyo encostando à terra, e que do tempo de Tiberio, em que Estrabo escrevia, para cá, comeo parte della, e que assim a barra veyo retrocedendo. Advirta-se, que aquelle penhasco, de que dissemos se precipitava o Douro, nos nossos tempos, e nos delRey D. Joaõ III. o quizeraõ quebrar, e desfazer os nossos Portuguezes, para que naõ impedisse a navegaçaõ do rio; mas humas vezes por huns respeitos, e outras vezes por outros a obra ficou imperfeita, e a empreza naõ teve effeito.

4 Se o Douro naquelle tempo fazia huma só foz, ou duas, naõ me atrevo a affirmallo. Sey de certo, que antigamente se dividia em dous braços, pouco antes de entrar no mar; porque com o impeto da corrente empurrava, e abria as areas da margem esquerda, que agora amontoadas o inclinaõ todo para a parte direita; e pessoas dignas de credito me contaraõ, achandome eu naquella Cidade, que isto mesmo acontecera ha poucos annos. Accrescentavaõ, que no tempo de seus avós era a carreira seguida das naos por aquella barra, hoje entupida. E consultando eu esta materia com o Excellentissimo Senhor Marquez de Abrantes, luzidissimo engenho da nossa Real Academia, me segurou conservava documentos certissimos desta verdade; porém que no tempo anterior a este, de que fallamos, a barra era pela mesma carreira, que actualmente se usa.

5 Tinha o Douro fama entre os Romanos de trazer areas de ouro, assim como o Tejo, e o Pactolo; donde veyo dizer Silio Italico, que o Douro, e o Tejo contendiaõ com o rio Pactolo. E de certo se sabe, que actualmente no Veraõ vem pessoas em trage disfarçado ao lugar, onde o rio Tua entra no Douro, e recolhendo as areas daquellas margens em huns como taboleiros, as bandejaõ, até que os grãos de ouro se separaõ da area, com que estaõ misturados.

O rio

„ oſtia collocare intendit ; vult enim Celanum eſſe
„ *fluvium*, quem hodie *Leça* nominamus , quique in-
„ tra quadraginta , & octo milliaria curſum ſuum ab-
„ ſolvit , & non longè à Durii oſtio mari ſe inſinuat.
„ Sed vir doctiſſimus nullum ad firmandam ſententiam
„ ſuam argumentum adducit , contentus dicere Pom-
„ ponium Mellam ordine præpoſtero hos fluvios deſ-
„ cripſiſſe , cùm ait : *Fluunt per eos*, loquitur Pompo-
„ nius de Graviis , quo nomine Bracaros intelligit , *Avo,*
„ *Celandus* , *Næbis* , *Minius* , *&* , *cui oblivionis cognomen*
„ *eſt* , *Limia.* Sed pace tanti viri , ordinem inverſum
„ tantummodo in loci fine agnoſcimus , dum Geogra-
„ phus Limiam Minio poſtponit. Qui ordo ſi ſerva-
„ retur in aliis nominandis , etiam Næbin Limiæ poſt-
„ poſitum iret. Nec quis unquam mihi perſuadebit,
„ Pomponium de *Leça* meminiſſe , fluvio unâ tantum
„ amœnitate riparum memorando ; tacuiſſe porro de
„ Celano , per omnia , ut poſtea videbimus , claro , &
„ memorabili.

9 „ Prævidit vir ſiquis alius in memoriis antiqui-
„ tatis verſatus vim allatæ rationis , & ut eam declina-
„ ret , aſſeruit , fluvium Næbin in amnem hodie Ca-
„ vadum dictum effundi , & ita in unum coaleſcere ,
„ Pomponiumque pro Cavado Næbin accipere. In quem
„ errorem Scriptores noſtri , uno , alterove excepto ,
„ tanti viri auctoritate tracti turpiter lapſi ſunt. Falſum
„ enim eſt , Cavadum , & Næbin permiſceri , & in
„ unum coïre , utpote qui peculiari alveo , peculiari-
„ buſque oſtiis in Oceanum incurrunt.

10 „ Igitur Celanus , nunc Cavadus appellatus ,
„ non longè ab oppido Caladuno originem habebat ,
„ (*a*) unde verſus Occidentem delapſus , gelidiores
„ præ cæteris aquas evehebat , & Bracaram tria millia-
„ ria ad ſeptentrionem prætergreſſus , amæniſſimos il-
„ lius tractûs campos irrigabat. Verùm ultra produ-
„ ctus ſaxoſo alveo ruens , ſaxis impeditus , & crebro
„ reverberatus , arctiſſimas ſubibat ripas , & immanem
„ rupem

6 O rio Tamaga, depois de ter recebido em si outros muitos rios, vinha desembocar no Douro. Deste rio naõ trataraõ, nem os Escritores Gregos, nem os Romanos; porém de huma inscripçaõ, que depois poremos, gravada no tempo de Vespasiano, consta de certo, que desde o tempo dos Romanos, este rio se chamava Tamaca, e ao presente, mudado sómente o C em G, se chama Tamaga. O tal rio entre os Bracarenses nascia, e tinha fim, e cortava como em duas ametades aquelle Paiz; porque nascendo entre os Bracarenses Septentrionaes, vinha buscar o Meyodia, encostado sempre mais, e mais para o rumo de Poente; e passando por Chaves, tinha huma ponte de pedra, obra muy forte; e depois de ter corrido o espaço de cento e doze milhas, se misturava com o Douro.

7 Depois do rio Douro, à parte do Norte corria o Ave, que nascia na Serra, a que hoje chamaõ de Agra, quatro leguas pouco mais, ou menos distante de Braga, passava junto a Guimaraens, e recebendo em si, tanto da banda esquerda, como da direita, alguns rios, era navegavel por barcos pequenos; porém hum rochedo, por onde se precipitava naõ longe da foz, fazia difficultosa a sua barra aos que entravaõ, ou queriaõ sahir, porque a estes impedia o precipicio a sahida, àquelles fazia pouco segura a demora.

8 Depois do Ave, interpostas doze milhas de costa, seguiase o rio Celano, que agora chamamos Cavado. Resende quer, que este rio corresse entre o Douro, e o Ave, porque diz, que o Celano he o rio, a que chamamos Leça, que desde o seu nascimento até chegar ao mar, faz sómente quarenta e oito milhas, e acaba junto à foz do Douro; porém naõ allega razaõ, em que funde este seu parecer. Contentase com dizer, que Pomponio Mella, quando descrevera estes rios, usara de ordem retrograda, dizendo: *Correm por entre elles* (falla Pomponio Mella dos Povos

„ rupem veluti perfodiebat ; donec eluctatus , jam in-
„ de per duodecim milliaria naviumpatiens , & plus
„ nonaginta milliarium ſpatio confecto , prope oppi-
„ dum Aquas Celenas mari committebatur. Vicinitas
„ hujus fluvii maximum incrementum attulit Auguſtæ
„ Bracarum civitati , civiumque fortunis , nam opes ,
„ & metalla totius Conventus , Bracaræ congeſta , op-
„ portunitate navigationis hujus fluvii in claſſes , &
„ Romana navigia tranſportata , in univerſum Roma-
„ num Imperium deducebantur , ut deinde dicemus.

11 „ Poſt Celani fauces , quatuor milliarium ſpa-
„ tio interjecto , aderat Nœbis , nullà re memorabilis,
„ niſi fortè proximitate alicujus oppidi , cujus memo-
„ ria non extat. A' fonte ad fauces breviſſimum con-
„ ficiebat ſpatium , oreque anguſtiſſimo , & vix inter
„ cautes pervio in mare ſeſe evomebat.

12 . „ Cave autem , ne cum noſtro Reſendio , (*a*)
„ cui quodammodo adhærere videtur Zurita , (*b*) exiſ-
„ times de hoc flumine agi apud libellum inſcriptum :
„ Itinerarium Antonini , (*c*) cùm in militari via, per
„ oram maritimam à Bracarà in Aſturicam ducente ,
„ pro ſtatione militum oppidum ſive pagum Ponſne-
„ viæ nominatum deſignat. Hoc enim ſive oppidum ,
„ ſive pagus , quod potiùs exiſtimo , extra Bracarum
„ Conventum ſitum erat , & triginta quatuor millia
„ paſſuum ultra Lucum aberat , inter quam urbem , &
„ Aſturicam collocatum erat. Quæ omnia Nœbi flumi-
„ ni convenire minimè poſſunt.

CAPUT

vos Gravios, debaixo do qual nome entende aos Bracarenses) *os rios Ave, Celano, Neiva, Minho, e o Lima, intitulado do esquecimento.* Porém com licença de taõ erudito Varaõ, só vejo naquelle texto ordem retrograda a respeito do rio Lima, nomeado depois do Minho; e se guardasse esta ordem, quando nomea os de mais, havia de pospor o Neiva ao Lima. Nem me persuadiráõ já mais, que Pomponio Mella se occupou em nomear o Leça, rio unicamente memoravel pela amenidade, e se esqueceo do Cavado, famoso por todas as razões, como veremos.

9 Como homem particularmente versado nas antiguidades, previo Resende a força deste argumento, e para a enfraquecer, affirmou, que o rio Neiva se incorporava com o Cavado, e que Pomponio pelo rio Neiva entendia o Cavado; erro, em que torpemente cahiraõ os nossos Escritores, excepto hum, ou dous, porque he falso, que estes dous rios se juntem, ou incorporem; antes cada hum tem particular boca, por onde desagua no Oceano.

10 O rio pois Celano, que agora se chama Cavado, tinha o seu nascimento junto à Cidade de Caladuno, e dalli se fazia na volta do Poente, trazendo agua mais fria, que a dos mais rios; e passando a tres milhas além de Braga para o Norte, regava aquelles aprasiveis campos. Dalli adiante, impedido de alguns penhascos, e rebatido de penedos, corria estreitissimo, e como que furava hum rochedo, que se lhe oppunha, até que desembaraçado proseguia já capaz de navegaçaõ por espaço de tres legoas; e tendo corrido desde a sua origem o de noventa milhas, perto de Faõ, se introduzia no mar. A visinhança deste rio servio muito para o augmento de Braga, e dos seus moradores, porque todas as riquezas, ouro, prata, e demais metaes do Paiz Bracarense, se conduziaõ, e juntavaõ em Braga, e com a commodidade da navegaçaõ do rio se transportavaõ, e descarregavaõ nas Arma-

CAPUT III.

De fluviis Limia, Minio, Læroneque, & de Promontoriis Avaro, & Oruvio.

1 „ MEdius inter Næbin, & Minium flue-
„ bat Limia. Nominis etymologiam de-
„ ducunt non ineptè à *Limne* verbo Græco, quod La-
„ tinè interpretatur *Palus*, five à Limus Latinum no-
„ men, eo quod oriebatur, five decurrebat in paluf-
„ tres locos ad radices altiffimorum montium, & inde
„ Occidentale mare petens leniffimo alveo, virentibuf-
„ que ripis dilabebatur, donec, multo fpatio naviga-
„ bilis, in Oceanum irruebat, quatuor milliarium in-
„ tervallo à Næbi, duodecimque à Minio diftans.

2 „ Erat amnis Limia, ut loquitur Plinius, (*a*)
„ multum fabulofus. Inter cætera vulgaverat fama, quof-
„ cunque aufos hujus fluminis aquas tranare, præteri-
„ tarum rerum memoriam amittere, unde Lethes,
„ hoc eft, oblivionis fluvius nuncupabatur; & adeò
„ hæc opinio etiam apud exteros invaluerat, ut Decio
„ Junio (*b*) Bruto Proconfule, in gentes Limiæ proxi-
„ mas bellum adornante, & exercitui flumen tranf-
„ meare jubente, Romanus miles perfuafus fe patriæ,
„ filiorum, uxorum, omniumque rerum fore ut obli-
„ vifceretur, trajectum recufaverit, ufque dum ipfe
„ Proconful, arrepto figno, in adverfam ripam evafit;
„ & inde unumquemque militum fuo nomine com-
„ pellans, & quæ Romæ erant memorans, in trajectio-
„ nem compulit.

3 „ Fabulæ locum fecerat vetus expeditio Celta-
„ rum, & Turdulorum. Referunt (*a*) enim, hos po-
„ pulos ad Anam flumen habitantes, fœdere inter fe
„ junctos, populos invafiffe Septentrionalem Lufitaniæ
„ plagam incolentes; & poftquam ad Limiam perve-

Armadas Romanas, que as navegavaõ para todo o Imperio, como abaixo diremos.

11 Huma legoa acima do Celano, se via o rio Neiva, que naõ lograva excellencia alguma, que o fizesse insigne, salvo a caso a visinhança de alguma Cidade, de que naõ ha memoria. Era muy pequeno o terreno, que regava desde o seu nascimento até a foz, que era apertadissima, e por entre penedos, que apenas lhe deixavaõ lugar para sahir ao Oceano.

12 Tenhaõ tento os Leitores prudentes, a naõ entenderem com Resende, a que parece se encosta tambem Zurita, que o Itinerario de Antonino trata deste rio, quando na descripçaõ, que faz da Via militar (que sahindo de Braga pela marinha, se encaminhava a Astorga) nomea por estaçaõ dos Soldados huma Cidade, ou Aldea, chamada Ponte de Neiva; porque esta Cidade, ou Aldea, como mais depressa entendo, estava situada fóra dos confins Bracarenses, entre Lugo, e Astorga, distante oito legoas e meya da primeira: circunstancias, que se naõ podem accommodar ao rio Neiva.

CAPITULO III.

Dos rios Lima, Minho, e Leris, e dos Cabos Avaro, e Oruvio.

1 ENtre os rios Neiva, e Minho corria o Lima. Alguns sem violencia deduzem o seu nome de *Limne*, palavra Grega, que em Portuguez quer dizer *Lagoa*; ou de *Limus*, palavra Latina, porque nascia, ou se lançava desde huns montes muy altos em terras alagadiças ao pè dos taes montes, e dalli com muy branda corrente, entre viçosas margens se fazia no rumo de Poente, buscando o mar, com

„ nissent, eo transmisso, seditionem ortam esse inter „ eos, ad quam cum ducis obitus accessisset, ipsos ve- „ luti oblitos socialis consortionis, & in illo tractu dis- „ persos remansisse. Hanc expeditionem immeritò in „ dubium vocabunt aliqui recentiores; de illâ enim, „ ni fallor, meminit Avienus, (*b*) verbis non quidem „ suis, sed ex Scriptore illi Expeditioni æquali, trans- „ latis, ut colligitur ex ipsis, dum dicit:

Ab insulis, siquis dehinc, Oestreminicis lembum audeat
Urgere in undas axe, qua Licaonis
Rigescit æthra, cespitem Ligurum subit
Cassum incolarum. Namque Celtarum manu
Crebrisque dudum præliis vacuata sunt
Liguresque pulsi, ut sæpe fors aliquos agit,
Venere in ista quæ per horrentes tenent
Plerunque dumos, creber hic scrupus locis,
Rigidæque rupes atque montium minæ
Cœlo inseruntur. Et fugax gens hæc quidem
Diu inter arcta cautium duxit diem
Secreta ab undis, nam salis metuens erat
Priscum ob periculum.

4 „ Limiam diversis affici nominibus certum est, „ quippe etiam Belion, teste Strabone (*a*) dicebatur. „ Censent aliqui immutasse hoc nomen, post illam, „ quam supra retulimus, Expeditionem Celtarum; quod „ tamen in probatis Scriptoribus non lego; potiùs cre- „ derem Belion vocari nativo incolentium sermone, „ Romanos verò illi nomen Limia indidisse. Casaubo- „ nus (*b*) multus est in demonstrando hunc amnem „ nunquam Lethen appellatum esse; contendit enim „ vocem Lethes illi attribui tanquam cognomen, non „ verò ut nomen; unde asserit, hoc quidem flumen „ oblivionis dici, non tamen oblivionem; acriterque „ reprehendit Appianum, quod Lethes in recto dicat. „ Ego, licèt cum Casaubono conveniam, vocem Lethes „ principio, huic flumini; tanquam cognomen appli- „ catam, nullatenus virum nativæ linguæ peritum er-

com o qual ſendo já navegavel, ſe miſturava em diſtancia de huma legoa do Neiva, e tres do Minho.

2 A reſpeito do rio Lima, diz Plinio, ſe contavaõ muitas fabulas. Entre outras havia fama, de que todos os que navegavaõ por elle, perdiaõ a memoria de tudo o que tinhaõ paſſado na vida; razaõ, porque lhe chamavaõ o Rio do Eſquecimento. E tanto ſe tinha introduzido eſta opiniaõ nos animos ainda dos Eſtrangeiros, que fazendo guerra o Proconſul Decio Junio Bruto contra os circunviſinhos ao rio, e mandando ao Exercito que o paſſaſſe, as Milicias Romanas, perſuadidas a que haviaõ de ficar ſem memoria dos filhos, das mulheres, da Patria, e de tudo o mais, recuſaraõ a paſſagem; até que o meſmo Proconſul, arrebatada a bandeira, paſſou da outra parte, e de lá chamou a cada hum dos Soldados pelo ſeu nome, e começou a contar as couſas, que havia em Roma; e deſta ſorte os perſuadio a paſſarem tambem.

3 O motivo, que teve eſta fabula, foy o ſeguinte. Os Celtas, e os Turdulos, Povos, que habitavaõ junto ao rio Guadiana, ſe alliaraõ para acometerem os Povos, que moravaõ na Luſitania Septentrional; e chegados ao rio Lima, logo que o paſſaraõ, ſe moveo entre elles tal diſcordia, que ſobrevindo a morte do General, eſquecidos da alliança, que tinhaõ feito, ſe eſpalharaõ pelo Paiz. Os modernos, que regularem a ſobredita expediçaõ por fabuloſa, naõ teraõ razaõ, porque ſe me naõ engano, a refere Avieno com palavras naõ ſuas, mas tresladadas de Eſcritor, que vivia no tempo della, dizendo aſſim: *Se alguem deſde as Oſtreminias virar a embarcaçaõ para o rumo do Norte, entra na terra dos Ligoros, falta de moradores, porque ha pouco tempo os expulſaraõ dalli os Celtas com o ſeu Exercito, e muitas batalhas. E os vencidos vendoſe deſpojados, vieraõ para eſtas terras cheas de horroroſos ſilvados, que hoje occupaõ. Alli tudo he penedia, rochedos, e montes, que ſe vaõ ao Ceo. E eſta gente fugitiva, muitos annos*

„roris arguere auderem ; quis enim non videt co-
„gnomina ſæpe tractu temporis in nomina traduci.

5 „Joannes Barrius (*a*) aliam ſibi muniens viam,
„nititur probare aliud flumen inter Bracaros Lethen
„appellari, nempe amnem vernaculo ſermone *Leça*
„dictum ; in cujus veritatis teſtimonium veterum mo-
„numenta laudat, at loca non profert. Quamvis au-
„tem Barrii apud me auctoritas plurimum valeat, eum
„tamen hac in re hallucinari puto. Nimirum in libro,
„qui inſcribitur *Cenſual do Porto*, quo tabulæ publicæ,
„& vetuſtiſſimæ, pertinentes ad Sedem Portucale urbis
„aſſervantur, ſæpe fit mentio de hoc flumine ſub no-
„mine Leça, (*b*) unquam verò Lethes. Ut ut ſit, cer-
„tiſſimum eſt à nullo Scriptore Suevorum, & Gotho-
„rum ævo, nedum Romanorum æquali, amnem illum
„oblivionis nomine nuncupari.

6 „Aurum arenis immiſtum devolvere Limiam
„cecinit Silius Italicus (*a*) his carminibus.

Quique ſuper Gravios lucentes volvit arenas
Inferni populis referens oblivia Lethes.

„Quæ perperam attribuit Henavius (*b*) Silio amni,
„cùm hic nec ſuper Gravios illaberetur, nec unquam
„oblivionis cognomine inclytus referatur.

7 „Poſt Limiam in Oceanum prorumpebat Mi-
„nius, qui à ſubrubeo aquarum colore dicitur nomen
„inveniſſe. Hic jam ab origine, quam intra Callai-
„cos Lucenſes, paulò ſupra Lucum habebat, verſus
„Auſtrum per nonaginta duo milliaria ſpatiabatur ; in-
„de flexus in Occidentem, Bracarum Conventu vol-
„vebatur, & prope Caſtellum Tyde decurrens, & la-
„tè ſtagnans, (*a*) quadraginta & octo milliaribus oc-
„cidui itineris emenſis, inſulaque media inter fauces
„objecta repercuſſus duo in flumina partitus in mare
„abibat.

8 „Strabo (*a*) aſſerit, flumen hoc eſſe binomi-
„ne, id enim Bænim dici, idemque Minium appel-
„lari. Verùm ſuſpicor, Bænim illum eſſe, quem ho-
„die

nos passou a vida entre os penhascos arredada do mar, porque o temia em razaõ do antigo infortunio.

4 O rio Lima he certo que teve diversos nomes, pois Estrabo affirma, que se chamava tambem *Belion.* Dizem alguns, que mudara este nome depois da Expediçaõ, que referimos; o que porém naõ consta de Author approvado. Eu mais de pressa dissera, que lhe chamavaõ Belion os nacionaes, e que os Romanos lhe puzeraõ o nome de Limia. Casaubono se empenha em mostrar, que nunca se chamou Lethes, porque pertende, que esta voz *Lethes* se lhe attribuhio como titulo, e naõ como nome: donde vem affirmar, que este rio se chamava o Rio do Esquecimento, mas naõ Lethes, isto he, Esquecimento, e reprehende muito a Appiano, porque lhe chama Lethes em o caso de nominativo. A mim sim me parece com Casaubono, que a voz *Lethes* ao principio se deu a este rio como cognome, e em casos obliquos; mas naõ me agrada o atreverse a arguir de erro a Appiano na sua lingua, em que era perito; porque quem ignora, que muitos cognomes com o curso do tempo passaraõ a ser nomes?

5 O nosso Doutor Joaõ de Barros, tomando por outro caminho, intenta provar, que entre os Bracaros havia outro rio chamado Lethes, a saber o rio, a que hoje chamamos Leça; e em confirmaçaõ deste seu parecer cita memorias antigas, porém naõ aponta os lugares, nem as nomea. E posto que eu tenha a Barros por Author muy fidedigno, com tudo entendo se enganou neste particular. Certamente no livro intitulado *Censual do Porto*, onde se guardaõ as escrituras antiquissimas, pertencentes àquella Sé, muitas vezes se faz mençaõ do rio Leça, e nunca lhe chamaõ Lethes. Como quer que seja, he certo, que nenhum Escritor do tempo dos Suevos, ou Godos, quanto mais dos Romanos, chamou ao Leça rio do Esquecimento.

Silio

„ die *Coura* nuncupamus, qui ad fauces Minii, unà
„ cum illo commixtus, in mare evadit. Aliter dica-
„ mus Bænim nomen esse nativum, & impositum flu-
„ mini ab incolis Hispanis, Minium à Romanis.

9 „ Cave autem ne Strabonem carpas, eò quod
„ Minium maximum Lusitaniæ fluvium non vereatur
„ appellare. Non enim loquitur peritissimus Geogra-
„ phus de Lusitaniâ Augusti ævo definitâ, verùm de
„ Lusitaniâ prout antiquiori ætate circunscribebatur,
„ nimirum à Tagi ostio, (*a*) ad usque Celticum
„ Promontorium; quod intervallum, nullus certè ma-
„ ior, ne æqualis quidem Minio, fluvius irrigabat. Li-
„ cèt enim Durius cùm longitudine cursus, tum co-
„ pia aquarum, & altitudine alvei Minium antecelle-
„ ret, latitudine alvei non æquabat. Fluminum verò
„ magnitudinem, vulgò, non pro aquarum copia, nec
„ pro altitudine alvei æstimamus, sed pro latitudine.
„ Tagus autem, qui Minio spatiosior est, in illo Lusi-
„ taniæ primordio non erat ei peculiaris, sed illi, &
„ Celticæ Provinciæ communis, utpote utramque in-
„ terfluens, & separans alteram ab alterâ.

10 „ Cæterum in Minii navigabili spatio defini-
„ endo, vel codices Strabonis vitio laborant, vel ipse
„ hallucinatus est; vult enim navigari per octingenta
„ stadia, cùm vix hodie actuariis, & onerariis navi-
„ bus centum & nonaginta, piscatoriis tercentum sta-
„ diis navigetur.

11 „ Falsus est Ptolomeus, (*a*) dum asserit, Mi-
„ nio intercedente, Conventus Bracarum, & Lucen-
„ sium hinc, & illinc terminari, cùm Plinius asseve-
„ ret Bracarum fines ultra Minium propagari; nec exis-
„ timandum pro temporum varietate, horum Conven-
„ tuum terminos immutatos esse, quippe par non erat,
„ ut Romani, urbis Principis, & Provinciæ Gallæciæ
„ quasi Metropolis, limites imminuerent, & Lucensis
„ oppidi adaugerent. Accedit Ptolomeum in descri-
„ bendis Hispaniis, non partitiones Imperatoris Adria-
„ ni,

6 Silio Italico diz, que as areas do Lima vinhaõ misturadas com ouro, como se vè do que refere nestes versos: *E o rio Lethes, que trazendo o esquecimento aos Povos do inferno, revolve sobre os Povos Gravios as suas areas luzentes.* Os quaes versos sem razaõ attribue Henao ao rio Sil; pois este nem corria sobre os Povos Gravios, nem foy celebrado com o titulo de Rio do Esquecimento.

7 Acima do Lima seguiase o rio Minho, que se diz ter este nome em virtude da cor vermelha das suas correntes. Este desde o seu nascimento, que era entre os Gallegos Lucenses, pouco acima da Cidade de Lugo, corria para a parte do Meyo Dia, por espaço de noventa e duas milhas, e logo virando para Poente, se introduzia no Paiz dos Bracaros: passava junto a Tuy, alargavase muito, e já na foz, com a interposiçaõ de huma Ilha, dividido em dous ramos, se metia no mar, tendo corrido nesta volta para Poente quarenta e oito milhas.

8 Estrabo refere, que este rio tinha dous nomes, que se chamava Benis, e Minho; porém eu suspeito, que Benis devia ser o rio, a que chamamos Coura, o qual junto à foz do Minho se mistura com elle, e entraõ no mar incorporados. Ou aliás podemos dizer, que Benis era o seu nome nacional, que lhe davaõ os Hespanhoes, e que Minho foy nome, que lhe puzeraõ os Romanos.

9 Advirtase a naõ censurar o dizer Estrabo, que o Minho era o mayor rio da Lusitania; porque naõ falla o doutissimo Geografo da Lusitania, segundo o tempo de Augusto, mas da Lusitania, segundo os termos que tinha antes, a saber, desde a foz do rio Tejo, até o Cabo de Finis terræ, no qual espaço, nem se encontra rio mayor, que o Minho, nem igual. Porque ainda que o Douro o exceda na altura, na abundancia da agua, e em correr muito mais Paiz, com tudo naõ o iguala na largura. E vulgarmente a gran-

„ ni, quæ sua ætate vigebant, sed antiquiores, & statutas ab Augusto amplexum esse, quod ex ipsius tabulis Geographicis satis patet.

12 „ Ultimus fluebat Lœron sex & triginta milliaria procul à Minio versus Septentrionem. Hoc flumen, seu potius æstuarium Lucenses à Bracaris discriminabat. Cætera ignobile. Unde prterquam Pomponio Mellæ, (*a*) reliquis Geographis, & antiquis Scriptoribus è memoria excidit.

13 „ In universo hujus occiduæ, & maritimæ oræ spatio duo tantum memorantur apud veteres Geographos Promontoria, nimirum Avarum, & Orvium. Primum collocat Ptolomeus (*a*) ad quindecim minuta supra fauces Avii fluminis; sed numeros in codicibus Ptolomei vitiatos esse quis non videat? Hoc ergò Promontorium nomen duxisse ab Avo flumine, ipsa nominum similitudo declarat. Totum igitur illum oræ maritimæ tractum, qui à faucibus Avii adusque Celani ostia porrigitur, à Romanis Avari Promontorii nomine signari non dubito, maximèque illa continua immanium scopulorum series, quæ prope Celanios, per vastum intervallum, in mare excurrit, quamque hodie vernaculo sermone *Cavallos de Faõ* appellamus. Nec mireris Promontorium hoc non à flumine Celano, sed ab Avo traxisse nomen, cùm etiam ipse Celanus quantumvis nobilior altero, posteriori ætate ab illius proximitate Catavi appellationem dessumpserit.

14 „ Orvium Promontorium oris Lucensis confinio adscribit Ptolomeus, deceptus in eo, quod Minium Bracaris, & Lucensibus pro communi termino assignavit, ut jam inde retulimus, & refutavimus. Dum igitur fatetur illud intra ostia Minii, & Ulluæ prominere, certum est, vel totum, vel magnâ ex parte ad Bracarum fines pertinuisse. Fluvius enim Ullua, hodie *Ulboa* appellatus, paulò ultra Leronem decurrebat.

grandeza dos rios naõ ſe regula pela profundidade, nem pela copia das aguas, mas pela largura; e o Tejo, que ſegundo vemos, he mais largo que o Minho, naquelle tempo primitivo naõ era rio eſpecial da Luſitania; mas commum a ella, e à Provincia Celtica, porque corria entre ambas, e ſeparava huma da outra.

10 Porém he certo, que os Codices de Eſtrabo eſtaõ viciados, ou elle ſe enganou no que pertence ao eſpaço navegavel do Minho, pois diz, que o Minho ſe navegava por oitocentos eſtadios, ſendo aſſim, que actualmente apenas ſe navega cento e noventa eſtadios em barcos grandes, e em barcos de peſcadores trezentos.

11 Enganouſe Ptolomeu em dizer, que o Minho era a diviſaõ das Chancellarias de Braga, e Lugo, e que ſeparava aos Bracarenſes dos Lucenſes; pois Plinio affirma, que o Paiz Bracarenſe ſe eſtendia acima do rio Minho. Nem ſe deve julgar, que com a variedade dos tempos ſe tinhaõ mudado os termos das taes Chancellarias; pois naõ era juſto, que os Romanos cortaſſem os limites da Cidade Capital, e como Metropoli da Provincia de Galliza, para accreſcentarem os de Lugo. De mais, que Ptolomeo na deſcripçaõ das Heſpanhas, naõ obſerva as diviſoens do Emperador Adriano, que eſtavaõ em ſeu vigor quando elle eſcrevia, mas ſó uſa das antigas, determinadas por Auguſto, como conſta das ſuas Taboas Geograficas.

12 Ultimamente acima do Minho oito legoas, corria o rio Leris. Eſte rio, ou, para melhor dizer, eſteiro, era o que dividia os Bracarenſes dos Lucenſes; em tudo o mais naõ merecia eſtimaçaõ, e aſſim nenhum Geografo, ou Eſcritor antigo ſe lembrou delle, excepto Pomponio Mella.

13 Os Geografos antigos ſó fazem mençaõ de dous Promontorios em toda a coſta dos Povos Bracarenſes,

CAPUT IV.

De populis, sub quorum appellatione Bracari comprehendebantur; itemque de Æbisocensibus, Æquisilicis, & Cerenecis.

1 „GEntem Bracarum in primordio, & ver-
„naculis Hispaniæ divisionibus, sub Lusi-
„tanorum nomine contineri supra (*a*) demonstravi-
„mus. Verùm cum ipsa Lusitania, tum in illâ priori
„ætate, tum subsequenti in plures, & varias gentes,
„quæ etiam ipsæ in civitates abibant, partiretur, &
„ipsa patriorum nominum potestas, pro tempore, &
„rerum vicissitudine, nunc amplificata evaderet, nunc
„circunscripta, & sæpius commutata, necessarium du-
„xi declarare gentes, sub quorum appellatione gene-
„rali Bracari continebantur, & nominum ipsorum for-
„tunas hîc breviter exponere.

2 „In illo igitur primigenio Bracarum ævo sub
„nomine Lusitanorum in primis Bracari continebantur.
„Lusitania enim priscis illis temporibus non à Sacro
„Promontorio, ut recentiores Historiographi ineptè
„tradunt, sed ab ostio Tagi incipiebat, unde in Pro-
„montorium usque Celticum, seu Nerium excurre-
„bat; tractus verò ille, qui Anam, & Tagum fluvios
„interclusus erat, non Lusitaniæ, sed Celticæ nomine
„gaudebat, quod luce meridianâ clariùs patet ex Stra-
„bone; (*a*) quippe exactissimus Geographus libro ter-
„tio suæ Orbis descriptionis, non uno, verùm mul-
„tis in locis veritatem hanc dilucidè testatur; quod
„jam Isaac Vossius in suis ad Pomponium Mellam ani-
„madversionibus declaravit. Unde exsibilanda venit
„sententia somniantium Lusitaniæ nomen ab Ana flu-
„vio, vel à copiâ amygdalarum deductum esse, & à

renſes, a ſaber: do Avaro, e do Orvio. Ao primeiro demarca Ptolomeo quinze minutos acima da foz do rio Ave; mas quem naõ vê, que nos Codices de Ptolomeo eſtaõ viciados os numeros? Que eſte Promontorio tomaſſe o nome do rio Ave, bem o declara a ſemelhança dos nomes; e aſſim entendo, que todo aquelle eſpaço, que corre deſde a foz do Ave até a do rio Cavado, e principalmente huma corda de muy grandes penedos, que começa perto da foz do Cavado, e occupa grande eſpaço pelo mar adiante, a que actualmente chamaõ os *Cavallos de Faõ*, ſe chamava entre os Romanos Promontorio Avaro. Nem he de admirar, que eſte Promontorio recebeſſe o nome do rio Ave, e naõ do Cavado, porque o meſmo Cavado, com ſer rio mais nobre que o outro, andando os tempos, em razaõ da viſinhança do Ave, ſe chamou Catavo.

14 Ptolomeo ſitúa o Promontorio Orvio no Paiz dos Lucenſes, em razaõ do engano, que padeceo em entender, que o Paiz deſtes ſe eſtendia atè o Minho, ſegundo já diſſemos; mas como elle confeſſa, que ſe levantava entre a foz do Minho, e do rio Ullua, a que hoje chamaõ Ulhoa, bem ſe vê, que ou todo, ou grande parte delle pertencia aos Bracarenſes, porque o rio Ullua corria pouco acima do Leris.

CAPITULO IV.

Dos Povos, debaixo de cujo nome ſe comprehendiaõ os Bracarenſes, e tambem dos Ebiſocenſes, Equiſilicos, e Cerenecos.

1 JA' acima fica provado, que no primitivo eſtado, e diviſoens nacionaes dos Heſpanhoes, os Bracarenſes eraõ porçaõ da Luſitania. Mas como

„Phœnicibus nobiliſſimæ Hiſpaniarum Provinciæ im-
„poſitum. Qui Phœnices primi externorum hominum
„illam Hiſpaniæ oram circum circa Sacrum Promon-
„torium ſitam occuparunt. Nec enim Phœnices inte-
„riores illius oris Hiſpanos domuerunt, aut imperium
„ſuum Tagum uſque dilatarunt; nec regio illa à Tago
„aduſque Promontorium Celticum protenſa amygdalis
„exuberat. Sed de Luſitanis ſatis.

3 „Illo etiam priſco, & forſan antiquiori tem-
„pore, ſub nomine Gravium Bracari comprehendeban-
„tur, teſte Pomponio Mella; (a) qui aſſerit quoſcun-
„que populos à Durii faucibus aduſque fluenta Minii
„habitantes, Gravios vocari. Favet etiam Silius Itali-
„cus (b) dum cànit Limiam ſuper Gravios devolvi.
„Patet autem utrumque ab antiquioribus Geographis,
„hanc Gravium deſcriptionem deſumpſiſſe, quia illo-
„rum tempore, populi illi, non Gravii, ſed Bracari,
„& Callaici nominabantur, quod facilè ex Strabonis,
„(c) & Plinii (d) lectione evincitur, nomenque Gra-
„vium eà tempeſtate limitabatur ad unam tantùm ci-
„vitatem intra Helenen, & Tyden poſitam, quæ ci-
„vitas Bracaris annumerabatur.

4 „Eo pacto Celtæ etiam in illâ pervetuſtâ æta-
„te Bracari vocabantur, quod deducitur ex eodem
„Pomponio Mella, (a) totum illum tractum, quod à
„Durio uſque ad Promontorium Celticum; & oram
„maritimam Septentrionalem excurrit, Celticæ nomi-
„ne deſcribente. Qui loquendi mos longè antiquio-
„rem, quàm nominati Geographi ætatem ſapit. Jam
„enim in illo Hiſpaniæ tractu, tantummodo peculia-
„res populi Promontorium illud occupantes Celtæ di-
„cebantur, ut Strabo, (b) & Plinius (c) tradunt.

5 „Utrum verò ante Decii Juni Bruti expeditio-
„nem Bracaros Callaicorum nomen contineret? res eſt
„dictu difficillima, cùm Scriptoribus illius ævi carea-
„mus. Ego in ea ſententia ſum, ut cenſeam, Braca-
„ros Durii ripas habitantes, & occiduam maris oram
„Li-

como efta affim naquella primeira idade, como na fubfequente, fe repartiffe em diverfas, e varias gentes, as quaes fe fubdividiaő em differentes Povos; e os nomes patrios, fegundo a variedade dos tempos, humas vezes fe reftringiffem, outras fe ampliaffem, e muitas fe mudaffem, pareceo-me neceffario declarar as naçoens, debaixo do nome das quaes fe incluîaő os Bracarenfes, e expor brevemente as mudanças, que padeceraő os nomes dellas.

2 Naquelle pois primeiro eftado dos Bracarenfes, eftes primeiramente fe comprehendiaő debaixo do nome de Lufitanos, porque a Lufitania nos tempos primitivos naő começava no Cabo de S. Vicente, como fem razaő dizem os Hiftoriadores modernos; mas começava na foz do rio Tejo, e defde alli corria até o Cabo de Finis terræ, e aquelle efpaço depois fituado entre os rios Tejo, e Guadiana, a que hoje chamamos Alentejo, e Algarve, naő fe chamava Lufitania, mas intitulavafe Celtica, como Eftrabo diz clariffimamente naő fó em hum, mas muitos lugares do livro terceiro da fua exactiffima Geografia, fegundo já reparou Ifaac Voffio nas Notas a Pomponio Mella. E affim de nenhum modo devem fer ouvidos os que dizem, que o nome Lufitania fe derivou do rio Guadiana, ou da abundancia das amendoeiras, e que foy pofto pelos Fenices; porque ainda que eftes povoaraő aquella cofta do Cabo de S. Vicente, com tudo naő penetraraő o interior da terra, nem a fua conquifta chegou até o Tejo, nem o Paiz do Tejo para cima he muy abundante de amendoeiras. E ifto bafta pelo que toca aos Lufitanos.

3 Naquelle pois primeiro eftado dos Bracarenfes, fe comprehendiaő elles no nome de Gravios, fegundo Pomponio Mella, que affirma, que todos os Povos habitadores defde a foz do Douro até o Minho, fe chamavaő Gravios. Convem com elle Silio Italico quando diz, que o Lima corria fobre os Povos Gravios.

„ Limiam usque, minimè ad eam ætatem Callaicorum
„ nomine designari. Refert namque Strabo, (*a*) ex eo
„ inde tempore plurimos ex Lusitanis Callaicorum no-
„ men sibi vendicasse. Quæro nunc: Qui sint hi Lusi-
„ tani? Certè non alii invenientur, nisi quos dixi pro-
„ ximos Durio, & plagæ maris occiduæ habitare. Ne-
„ que enim qui cis Durium vitam agebant, Callaico-
„ rum appellationem sibi unquam usurparunt. Porrò
„ qui ultra Minium erant, illius expeditionis damna
„ non tulerunt, cùm Proconsul trans fluvium progre-
„ di, (*b*) opportunum neutiquam judicaverit. Et in-
„ super creditur, illos à primâ ipsorum origine Callai-
„ corum nomen sortitos esse. De quâ re postea (*c*)
„ agendum, cùm de Callaicorum peculiari civitate tra-
„ ctabitur. Cæterùm Bracaros post Augusti ætatem Cal-
„ laicorum nomine contineri, imò Principes Callæciæ
„ populos æstimari, non solùm Geographi, verùm etiam
„ cippi, & illius ætatis inscripta marmora, quæ passim
„ extant, testantur.

6 „ Sed jam tempus est ut de singulis, & pecu-
„ liaribus populis, qui post immutata Provinciarum gen-
„ tilitia confinia ab Augusto, & Conventus juridicos
„ constitutos, Bracarum appellationem nacti sunt, di-
„ cere pergamus. In quibus tamen recensendis hunc
„ ordinem servabimus. Populos, quorum oppida apud
„ Romanos Scriptores, Græcosve nominata reperimus,
„ hoc Capite silentio præteribimus, & in Capita de Ur-
„ bibus reservabimus. De cæteris tantummodo, ordi-
„ ne initialium literarum servato, sermonem inibi-
„ mus.

7 „ Æbisocenses igitur, sive Æbisoci populi me-
„ morantur in celeberrimo cippo, (*a*) qui usque in
„ hoc tempus, apud Aquiflavienses asservatur. Unde
„ constat, gentem hanc inter Bracaros numerari; ne-
„ que enim in illo cippo exteri populi inscribebantur,
„ ut cùm postea producendus erit, palam fiet. At quâ
„ Bracarum plagâ, quove loco sita erat, nescimus,
„ cùm

vios. E bem se vê, que ambos tiraraõ esta demarcaçaõ de Authores mais antigos, pois no tempo de Pomponio, e Silio estes Povos naõ se nomeavaõ Gravios, mas Bracaros, e Gallegos, como se colhe do que relataõ Estrabo, e Plinio; e o nome de Gravios já naquelle tempo, ou pouco depois se limitava a huma só Cidade, situada entre Pontevedra, e Tuy, a qual era dos Bracarenses.

4 Da mesma sorte naquelle tempo antiquissimo, os Bracarenses se incluhiaõ nos Povos chamados Celtas, o que se infere de Pomponio Mella chamar Celtica a toda aquella regiaõ, que corre desde a foz do Douro até o Cabo de Finis terræ, e costa Septentrional; a qual descripçaõ bem parece de tempos mais antigos, que os deste Geografo, porque na sua idade sómente se chamavaõ Celtas naquella regiaõ os Povos, que moravaõ no Cabo de Finis terræ, como relataõ Estrabo, e Plinio.

5 O que parece difficultoso de averiguar he, se no tempo da expediçaõ de Decio Junio Bruto se incluîaõ, ou naõ os Bracarenses no nome de Gallegos, em razaõ de que carecemos de Escritores daquella idade? A mim pareceme, que os Povos Bracarenses, que moravaõ nas margens do Douro, e na costa do mar até a foz do Lima, até aquelle tempo naõ se comprehendiaõ nos Gallagos. E a razaõ he, porque Estrabo diz, que daquelle tempo em diante, parte dos Lusitanos arrogaraõ a si o nome de Gallegos. Pergunto: E quem saõ estes Lusitanos? Certamente naõ acharemos outros, senaõ os que disse moravaõ a par do Douro, e pela costa do mar, pois os que moravaõ à quem do Douro, nunca se nomearaõ Gallegos; e os que habitavaõ além do rio Minho, naõ sentiraõ os estragos desta expediçaõ; porque o Proconsul entendeo naõ era conveniente passar além daquelle rio. De mais, que se entende, que os taes desde a sua primeira origem sempre se chamaraõ Gallegos; porém desta

„ cùm nulla apud antiquos Scriptores hujus gentis vef-
„ tigia extent.

8 „ Longè alia ratio eft de Æquifilicis, quorum
„ meminit Plinius, (*a*) dum Bracarum Conventus civi-
„ tates recenfet, nec eos tacet fupra laudatus cippus
„ apud Aquas Flavias. Ipfos autem non longè à Braca-
„ râ locatos effe pronuntio, quippe in Parræciarum dif-
„ tributione, tempore Sueborum decreta, (*c*) Braca-
„ rauguftanæ Diœcefi attribuitur quædam paræcia Eque-
„ fis dicta, quam fedem fuiffe gentis Æquifilicæ, ipfa
„ nominis ratio demonftrat. Præcisè autem hujus ci-
„ vitatis fitum definire nulli fas erit, cùm in præallatâ
„ divifione, minimè plagæ mentione habitâ folummo-
„ do afferatur Equefim prope Bracaram effe collocatam.
„ Hæc fcripferam in prima horum Commentariorum
„ editione; nunc verò, mutata fententia, affero Eque-
„ fim parræciam, ac proinde gentem Æquifilicam pa-
„ gum poftea dictum Baroncelli incoluiffe.

9 „ Cereneci populi erant ad Bracarum Conven-
„ tum pertinentes, ut colligitur ex infcriptione cujuf-
„ dam cippi (*a*) in Templo Servatori Domino dicato
„ parræcia, quam dicunt Thuyas, etiam nunc extantis,
„ cujus quidem infcriptio has continet literas.

LARIBUS
CERENA
FCIS. NIL
ER. PROC
VII. PU. LS

„ Quas in hæc verba vertendas effe exiftimo: *Nilus Er-*
„ *redius Procurator viarum publicarum votum libenter fol-*
„ *vit Laribus Cerenecis.* Quo loco hæc Cerenecum ci-
„ vitas fita effet, ignoratur, fed cùm cippus extet
„ non procul ab oppido, nunc Canavefes dicto, illam
„ regionem, vel circum circa Cerenecos incoluiffe exif-
„ timare debemus, dum nihil in contrarium affertur.

F CAPUT

defta materia fallaremos depois, quando tratarmos de huns Povos particulares, que fe chamavaõ Gallegos. Depois do tempo de Augufto, naõ fó eraõ os Bracarenfes comprehendidos no nome de Gallegos, porém eraõ julgados pelos principaes Povos de Galliza, como fe vê dos Geografos, Efcritores, e ainda dos cippos, e pedras daquella idade, que a cada paffo fe encontraõ.

6 Mas já he tempo de efcrevermos em particular de cada hum dos Povos, que depois das mudanças, que ordenou Augufto nos limites das Provincias, e da inftituiçaõ das Chancellarias, confeguiraõ, ou retiveraõ o nome de Bracarenfes, em cuja relaçaõ obfervaremos o feguinte. Naõ trataremos nefte Capitulo dos Povos, cujas Cidades achamos nomeadas nos Efcritores Gregos, ou Romanos, e os refervaremos para os Capitulos, em que fe ha de fazer mençaõ das Cidades. Pelo que fó dos de mais trataremos agora, guardando a ordem das letras iniciaes.

7 Aebifocenfes, ou Aebifocos, ifto he, Ebifocenfes, ou Ebifocos, eraõ huns Povos, de que faz mençaõ hum cippo muito celebre, que ainda hoje fe conferva na Villa de Chaves. Donde fe vê, que eftes Povos eraõ Bracarenfes, porque naquelle cippo naõ fe gravavaõ os nomes dos Povos eftranhos, como declararemos quando produzirmos a infcripçaõ do tal cippo. Ignoramos porèm para que parte, ou em que lugar do deftricto Bracarenfe eftavaõ fituados, porque delles naõ ha memoria entre os Geografos, e Efcritores antigos.

8 Naõ he affim dos Aequifilicos, ifto he, Equifilicos, porque deftes trata Plinio, quando refere os Concelhos da Chancellaria de Braga; tambem faz mençaõ delles o fobredito cippo de Chaves. Parece-me, que naõ eftavaõ muy longe de Braga; porque na divifaõ das Parochias, ordenada no tempo dos Reys Suevos, fe dá à Diocefi de Braga huma Parochia chama-

da

CAPUT V.

De Gallæcis , Interamicis , Leunis , Seurbis , & Tamacanis.

1 „ INter peculiares Bracarum gentes Gallæcos „ Plinius, (a) recitat. Quinam populi hi essent, „ quo positi, & de illorum nominis etymologiâ, hoc „ Capite inquirendum ; utpote quarum rerum cognitio „ maximè inservit, cùm ad elucidanda ea quæ dicta, „ quàm quæ dicenda remanent.

2 „ Itaque Gallæci, & Callaici nomina sunt dis-„ paria penes Orthographiam, non significationem. „ Utroque modo à probatis Scriptoribus, (a) & in „ marmoreis vetustarum columnarum inscriptionibus „ occurrunt exarata. Ergo castigandus est Cellarius, „ (b) dum Gallæci scribentes reprehensione dignos ju-„ dicavit. Existimaverim tamen priori illâ ante Augus-„ tum ætate, Callaicos, non Gallæcos dici; in tabulis „ enim Capitolinis de triumpho, & cognomine Decii „ Junii Bruti agentibus, Callaici nominantur. Postea „ tractu temporis asperitate initialis *C* offendente au-„ res, suavioris soni gratiâ, litera *C* migravit in suam „ mediam, & cognatam, ut Grammatici loquuntur, „ *G*. Apud quos igitur maioris erat antiquitatis reve-„ rentia, quàm loquellæ suavitas, antiqua scribendi ra-„ tio retenta, à cæteris immutata est.

3 „ Etymologici hujus nominis originem dedu-„ cunt à Gallogræci, asserentes videlicet, gentem hanc „ à Græcis, & Gallis genus ducere, & inde nomen Gal-„ læci invenisse. Licet autem supra ostenderimus, ha-„ bitantes in illo regionis spatio, quod à Durio ultra „ Minium extenditur, & oram maritimam attingit so-„ bolem esse cum Celtarum, tum Græcorum ; tamen

F ii „ allatam

da Equeſis, cujo nome bem moſtra ter ſido alli a Povoaçaõ dos Equeſilicos. Porém ainda aſſim, naõ he poſſivel declarar o ſitio certo deſte Concelho, porque o ſobredito documento, ſem fazer mençaõ em que rumo cahia, ſó diz, que eſtava perto de Braga. Iſto tinha eſcrito na primeira impreſſaõ deſtes Commentarios; porém agora mudando de opiniaõ, digo, que os Povos Equiſilicos, e Parochia Equeſis ficava onde depois eſteve o lugar de Baroncelle.

9 Cerenecos eraõ Povos da Chancellaria Bracarenſe, como ſe collige de huma inſcripçaõ Romana, que ainda hoje exiſte na Igreja do Salvador de Thuyas, a qual tem as letras ſeguintes:

LARIBUS
CERENA
FCIS. NIL
ER. PROC:
VII. PU. LS

Pareceme querem dizer: *Nilo Erredio Procurador das eſtradas publicas, de boa vontade, por voto feito erigio eſta memoria aos Deoſes das caſas dos Povos Cerenecos.* Em que parte ficavaõ eſtes Povos, naõ o direy; mas como o tal cippo exiſte naõ longe da Villa de Canaveſes, em quanto naõ apparece razaõ em contrario, devemos entender, que habitavaõ naquelles arredores.

CAPI-

„ allatam etymologiam , potiùs ingeniosam , quàm
„ veram judicamus ; cùm enim certum sit, hos popu-
„ los jam ante Bruti expeditionem Callaicos appellari ,
„ si ab illà origine nomen traxissent , non Callæci
„ aut Callaici , sed Celto Heleni vocarentur. Quî
„ enim fieri potuit, ut quibus Romanus sermo ignotus
„ erat , ex nomine Romano , nempe Gallus , & Græ-
„ cus, patrium, sive gentilitium sibi nomen formavisse?

4 „ Quæ hactenus diximus , ne æstimet aliquis
„ incassum dicta , utpote quæ Callaicæ nationi , non
„ verò peculiari Bracarum civitati , de quâ est nobis
„ sermo, conveniunt. Contendo enim, hanc peculia-
„ rem civitatem , ante Bruti expeditionem singularem
„ Callaicorum fuisse sedem , licèt longiori spatio pro-
„ tensam , quascunque autem ultra Minium gentes
„ consedisse, minimè tunc temporis Callaicorum no-
„ men usurpasse. Quæ omnia facilè declarant duo lo-
„ ci ex Floro , (*a*) & Strabone (*b*) excerpti , & inter
„ se collati. Strabo quidem refert , Minium amnem
„ terminum fuisse expeditionis Bruti ; Florus autem ele-
„ gantissimis, ut solet, verbis, affirmat, illum Procon-
„ sulem omnes Gallæciæ populos domuisse. Dum ergo
„ unus asserit, Brutum Minium amnem non transmisis-
„ se; alter verò cunctas Callaici nominis civitates ob-
„ tinuisse , necessariò gentes ultra Minium positas , à
„ Callaicorum appellatione videntur arcere.

5 „ Jam verò Plinius (*a*) quodam loco affirmat
„ oppidum Bracarum Augusta supra Gallæciam locari,
„ & alio loco Gallæcos inter peculiares civitates, quæ
„ Bracarum Conventus erant , dinumerat; nomine ve-
„ rò Gallæciæ , & Gallæcorum non universalem regio-
„ nem Gallæciam suà ætate appellatam inuisse , imò ne
„ tractum quidem illum Minio, & Durio inclusum di-
„ lucidè patet ; quâ enim ratione , urbem intra Gallæ-
„ ciam locatam , supra ipsam positam diceret , quove
„ pacto Gallæcos populos ab aliis Bracaris secerneret ?
„ Constat igitur tempore Plinii , dum tota regio intra
„ Bra-

CAPITULO V.

Dos Povos Gallegos, Interamicos, Leunos, Seurbos, e Tamacanos.

1 ENtre os Povos particulares da Chancellaria de Braga, nomea Plinio a huns chamados Gallegos. Neste Capitulo havemos de discorrer sobre que Povos estes eraõ, onde estavaõ situados, e da origem do seu nome, porque destas noticias pende a intelligencia tanto de muitas cousas, que ficaõ ditas, como de outras, que ainda se haõ de dizer.

2 Gallegos pois, e Calaicos saõ nomes diversos na Orthografia, mas naõ na significaçaõ. De huma, e outra sorte se achaõ escritos em Authores approvados, e nas inscripções Romanas, e assim se deve estranhar a Cellario o reprehender aos que escreviaõ *Gallæci.* Entendo porém, que nos tempos primitivos, e antes de Augusto se chamavaõ Calaicos, e naõ Gallegos, porque Calaicos se chamaõ nas Taboas Capitolinas, quando trataõ do triunfo de Decio Junio Bruto. Depois correndo os annos, como a aspereza da letra *C* offendesse os ouvidos, se mudou na sua letra media, e cognata *G*, como lhe chamaõ os Grammaticos; e assim aquelles, que mais estimavaõ o respeito da antiguidade, que a suavidade do som, conservaraõ a antiga Orthografia, os de mais mudaraõ-na.

3 A etymologia deste nome deduzem commummente de *Gallogræci*, dizendo, que estes Povos se chamaraõ Gallegos, porque descendiaõ dos Gallos, e dos Gregos. Eu com tudo julgo esta etymologia mais por engenhosa, que por verdadeira, ainda que convenho, que esta gente procedia, como dissemos, dos Celtas, e dos Gregos; pois sendo certo, que estes Povos

„ Bracarum , & Lucensium Conventuum terminos con-
„ tenta, universali Gallæciæ appellatione potiretur, pe-
„ culiarem fuisse civitatem , & populum, non procul
„ à Bracara Augusta sitos, qui Gallæcia, & Gallæci spe-
„ ciatim dicerentur.

6 „ Quâ autem ætate Julius Cæsar Prætoriâ po-
„ testate decoratus gentes trans Durium , Miniumque ,
„ & Septentrionali maris oræ incumbentes bello perse-
„ cutus est , jam universa illa regio Callaicum nomen
„ sibi adsciverat. Quod deducitur tum ex Dione (*a*)
„ referente, Cæsarem Brigantium oppidum mari adpo-
„ situm in Gallæciâ cæpisse , tum ex quâdam columnâ
„ Bracaræ ad usque hanc diem permanente, cujus ins-
„ criptionem opportuniori loco dabimus.

7 „ Non me fugit Strabonem (*a*) frequenter uni-
„ versos populos à Durio ad Celticum Promontorium
„ habitantes Callaicos appellare, sed ipsum in hàc lo-
„ quendi ratione obsecutum esse sui temporis consue-
„ tudini, attentè legenti, non difficile erit judicare.

8 „ Jam ergo hujus peculiaris civitatis situm in-
„ dagemus modo , quo in re vetustate oblitâ , & per-
„ petuâ nominum mutatione perobscurâ fieri licet.
„ Erant itaque hi Callaici , de quibus speciatim agit
„ Plinius, siti in montibus, qui ad Orientalem plagam
„ supra Bracaram porriguntur ; ut ipse Geographus sa-
„ tis inuit. (*a*) Eos autem esse monticolas ex Strabone
„ (*b*) cognoscimus , asserente , ut verbis ipsius rem
„ agam , Callaicos (loquitur de Callaicis à Bruto de-
„ victis) montanæ regionis multum incolere, ac pro-
„ inde difficilimos esse superatu. Crederem ergo hos
„ Plinii Gallæcos, montem hodie *Geres* appellatum in-
„ habitasse , tempore autem Bruti Proconsulis , ipsos
„ per immania juga illius montis, qui pro locorum di-
„ versitate , variis nominibus insignitur , & in Gallæ-
„ ciam hodiernam longissimè procurrit, dispersos esse.
„ Certè intra Giresii montis asperas rupes vestigia in-
„ sunt cujusdam oppidi , aut propugnaculi , quæ spe-
„ ciem

Povos já antes da guerra de Bruto se chamavaõ Calaicos, se o seu nome se derivasse daquella descendencia, haviaõ-se de nomear Celtohelenos, e naõ Callaicos, ou Gallegos. Aliás como podia ser, que gente, que desconhecia o idioma Romano, formasse o seu nome de vozes Romanas, isto he, dos nomes patrios Gallo, e Grego?

4 Nem imagine alguem, que o que temos dito he inutil, porque só convem à naçaõ dos Gallegos, e naõ a Concelho especial do Paiz Bracarense, que he do que aqui tratamos; porque pertendo, que este Concelho, antes da expediçaõ de Bruto, era o unico Paiz dos Gallegos, ainda que de mais dilatado comprimento, e que os Povos, que viviaõ além do rio Minho, naõ se chamavaõ Gallegos naquelle tempo. O que bem se mostra de dous lugares, hum tirado de Estrabo, outro de Lucio Floro, conferindo-os entre si. Estrabo diz, que o rio Minho foy o termo da expediçaõ de Bruto. Floro com estylo muy elegante, segundo costuma, segura, que aquelle Proconsul domou todos os Povos de Galliza; dizendo pois hum, que Bruto parou no rio Minho, e segurando o outro, que conquistou todos os Povos Gallegos, já se vê, que excluem do nome de Gallegos todas as gentes, que moravaõ além do Minho.

5 Além disto: Plinio em huma parte diz, que a Cidade de Braga estava situada sobre Galliza; em outra nomea aos Gallegos entre os Concelhos particulares, que pertenciaõ à Chancellaria de Braga; e he certo, que por estes nomes Galliza, e Gallegos, naõ entendeo aquella regiaõ grande, que no seu tempo se chamava Galliza, nem ainda todo o espaço de terra incluso entre os rios Douro, e Minho; aliás com que razaõ havia de dizer de huma Cidade collocada no interior de Galliza, que estava posta sobre Galliza? E como havia de separar aos Gallegos dos de mais Povos Bracarenses, se todos os Bracarenses eraõ Gallegos?

„ ciem longiſſimæ vetuſtatis præ ſe ferunt.

9 „ Interamici populi erant Bracari (*a*) inter duo „ flumina locati, quod ipſa nominis interpretatio in„ dicat. Cæterum crebris fluminibus ſolum Bracarum „ diſtinguentibus, quibus intercluderentur, non poſ„ ſumus aſſignare. Unum me dicere non pigebit, ver„ naculo ſermone *Entre ambos os rios*, hoc eſt, inter „ amnes, vocari intervallum illud inter ceptum, & „ irrigatum à fluviis Durio, & Tamaca. Utrum verò „ hoc in ſpatio Interamici conſiderent aſſeverare non „ audeo, cùm de illis prorſus antiqui Scriptores ſi„ leant, & ſolummodo ex inſcriptione Aquiflavienſi „ nomen eorum nobis innoteſcat.

„Verum aliquanto postea suscitato inter Suevos, &
„Vandalos bello, Suevi caput Regni deserere, & Van-
„dalis cedere coguntur; quod subinde Romanis auxi-
„liaribus repetunt, & recuperant. Inde maiora ausi sub
„Rege Rechila cæteras Hispaniæ Provincias invadunt:
„Emeritam, Hispalim, & potiorem Hispaniæ partem
„capiunt. Neutiquam tamen crediderim ipsorum Re-
„ges has urbes, quantumvis inclytas, & opulentas, spre-
„tâ Bracarâ, Regni sui caput instituere statuisse. Cujus
„rei maximum argumentum est Rechilam bellum cum
„Romanis, & Gothis jamjam subiturum, captivos, ut
„refert Idacius, (*b*) non in Bæticam, aut Lusitaniam,
„sed in Gallæciam transportari curasse. Theodoricum-
„que Rechilam debellaturum, Regnumque Suevorum
„funditus deleturum Provinciam Gallæciæ, & Bracaram
„petivisse. In qua quidem Gothorum invasione, & Sue-
„vorum Regni eversione nostra præclara urbs capta,
„& direpta multum pristini decoris amisit. Certè Ida-
„cius Limicorum Episcopus, illis temporibus æqualis,
„hanc Bracaræ Augustæ calamitatem narrat, his ver-
„bis: (*c*) *Theodorico Rege cum exercitu ad Bracaram*
„*extremam Civitatem Gallæciæ pertendente, quinto Calen-*
„*das Novembris, die Dominico, etsi incruenta, fuit tamen*
„*satis mæsta, & lacrymabilis ejusdem direptio Civitatis.*
„*Suevorum magna igitur calamitas captivorum, Sanctorum*
„*Basilicæ effractæ, Altaria sublata Dei atque confracta,*
„*virgines exinde abductæ, sed integritate servatâ. Clerus*
„*usque ad nuditatem pudoris exutus, promiscui sexus cum*
„*parvulis de locis refugii Sanctis populus omnis abstractus,*
„*jumentorum, pecorum, camelorumque horrore locus sacer*
„*impletus. Scripta super Hierusalem ex parte cælestis iræ*
„*revocavit exempla.*

3 „Abeuntibus Gothis, & Suevorum principatu
„iterum resurgente, Bracara Augusta denuo floruit;
„quousque sub Remismundo totius Regni iterum ca-
„put,

LIVRO QUARTO.

Das Antiguidades Bracarenses debaixo do dominio dos Reys Suevos, e Godos.

CAPITULO I.

Dos limites, & descripçaõ do Reyno dos Suevos.

1 NO anno de Christo quatrocentos e nove houve grande mudança naõ só na Chancellaria de Braga, mas tambem nas de mais de toda Hespanha, porque os Alanos, Vandalos, e Suevos, como logo diremos, Povos Septentrionaes, e muy differentes da policia Romana nos costumes, lingua, e ferocidade, vencidos os Pyreneos, entraraõ roubando as Hespanhas. Movida pois a guerra entre elles, e os Romanos, e algum tanto depois desavindos entre si os mesmos Barbaros, seguio-se huma grande perturbaçaõ nestas Provincias, ruinas de Cidades, e mudanças total de usos, de trages, de nomes, e de estado; até que passados setenta annos, expulsos os Romanos, prevaleceraõ os Barbaros, e Hespanha dividida em dous Reynos, a saber, dos Suevos, e Godos: acabada a turbulencia da guerra, tornou a gozar do descanço da paz; e assim neste Livro trataremos das antiguidades dos Bracarenses, pertencentes a este tempo dos Suevos, e Godos.

2 Como pois os Barbaros, depois de destruir a Hespanha, afrouxassem algum tanto na ferocidade, e se determinassem a ter aqui o seu domicilio, repartiraõ entre si por sorte as Provincias, e a Chancellaria de

„put efficitur. Cujus Regni confinia, reddita Hispaniæ
„pace, postquam Romani de illâ recuperandâ despera-
„runt nunc designare cogimur. Latus ergo Occidenta-
„le ab ora maritima Nabantiæ, vel Selio vicina inci-
„piebat, & usque ad Promontorium Celticum proten-
„sum ibat. At mare inde ab Aquilonaribus plagis ter-
„ram urgente, Septentrionale latus illo in Promonto-
„rio cæptum longissimè usque in Pesicos procurrens
„desinebat. Pesici populi erant circumcirca oppidum
„*Santander* hodie nominatum habitantes, quemadmo-
„dum in nostris Diœcesis Bracaraugustanæ Commenta-
„riis ostendimus. A' Pesicis Orientale latus initium ca-
„piebat, verum à Vindio monte, quorum radices illius
„lateris linea, indelibatis jugis, dumtaxat attingebat,
„compellabatur introrsùs flecti, & perpetuo montis ima
„circumeundo, magis magisque sinuoso procursu rece-
„debat, quoad planiora descendens, Legionemque urbem
„intra se recipiens fluvium Stolam, ut ego reor, pete-
„bat, & cum profluente Durium intrabat. Unde rectio-
„ri cursu discedens, in Tagum aliquantulum supra
„Ægitaniam tendebat, nec ultra producebatur, sed
„lateri Meridionali locum dabat, qui exinde progres-
„sus subtus Nabantiam ad Oceanum procurrebat.

4 „Hujus descriptionis veritas nititur auctorita-
„te Concilii Lucensis sub Rege Theodomiro habito, in
„quo totius Regni Parœciæ, & pagi distributi sunt, &
„declaratum ad quam Episcopalem Sedem pertinerent.
„Etiamque in distributione à Rege Wambâ statuta.
„Cùm ergo ex Actis allati Concilii constet (*a*) Co-
„nimbricam unam esse ex urbibus Suevorum, & ad
„illam pertinere Selium, quod hodie *Ceice* dicimus,
„satis patet exinde Occidentale Regni latus incipere,
„vel si vis, ex Nabantiâ, Wambæ enim distributio Co-
„nimbricensi Sedi pro limite Nabam assignare vide-
„tur. (*b*) Portucalensem porrò, Bracaraugustanam, Tu-
„densem, & Iriensem Sedem, quæ Occidentale latus
„deinceps occupant usque ad Celticum Promontorium,

de Braga coube à naçaõ dos Suevos; e como Braga era a Cidade Capital, he certo, que a elegeraõ para Corte, porém dentro de pouco tempo, movendo-se guerra entre os Vandalos, e Suevos, se viraõ estes obrigados a desamparar a Braga, e deixalla em poder de Vandalos, de que logo os tornaraõ a expulsar com o soccorro, que chegou dos Romanos. Depois entrados em maiores pensamentos, debaixo do governo do seu Rey Rechila, invadiraõ os Suevos as de mais Provincias de Hespanha, e juntamente com Merida, e Sevilha conquistaraõ a mayor parte della. Com tudo naõ entendo, que desprezada Braga, assentassem a sua Corte em nenhuma das outras Cidades, ainda que muy opulentas, e illustres. Do que he boa prova, que Rechila, como refere Idacio, estando proximo a romper a guerra com Godos, e Romanos, ordenou, que os prizioneiros fossem conduzidos a Galliza, e naõ para a Betica, ou Lusitania, e que Theodorico Rey, dos Godos, querendo acabar com a Monarchia dos Suevos, veyo acometer a Galliza, e a Braga. Na qual invasaõ dos Godos, e ruina do Reyno dos Suevos a nossa illustre Cidade de Braga padeceo muito. Idacio Bispo dos Póvos Limicos, que vivia no mesmo tempo, conta por estas palavras aquella desgraça: *Vindo Theodorico com o seu Exercito sobre Braga, que era a ultima Cidade de Galliza, foy entrada no dia de Domingo, aos vinte e sete de Outubro; e ainda que sem mortes, foy assaz triste, e lamentavel a sua ruina. Muy mal tratados os prizioneiros Suevos, as Basilicas dos Santos arruinadas, os Altares quebrados. As virgens dedicadas a Deos, ainda que intactas, foraõ lançadas fóra, o Clero despojado inteiramente dos vestidos, e o Povo de hum, e outro sexo com os filhinhos expulsos dos lugares Sagrados, onde se acolheraõ, e as Igrejas profanadas com a assistencia de jumentos, camellos, e outros brutos. O que trazia á memoria em parte a ruina de Jerusalem.*

3 Retirados os Godos, e restaurado o Reyno dos Suevos, tornou Braga a florecer, e no tempo de Remismundo

„eadem Acta Suevorum ditioni attribuunt. (*c*) Jam „verò Lucensem, & Asturicensem tractum usque ad „Pesicos extendi, & ad Suevos pertinere ex iisdem di- „gnoscitur. Sicut etiam Legionem urbem Asturicensi „Sedi adjudicant. (*d*) Ex quo optimè deducitur Se- „ptentrionale latus ad Pesicos usque, & haud ultra pro- „duci. Orientale autem montem Vindium circumfusum „esse, Pesicorum, & Legionis inclusio abundé manife- „stat, quemadmodum Lamecensis, Visensis, & Ægita- „nensis urbis, reliqua, quæ de illo latere diximus, „comprobat.

CAPUT II.

De nominibus montium, & fluminum Bracarum, Suevorum, & Gothorum ætate.

1 „MOntium, fluviorum, & populorum no- „mina in hac tantâ rerum commutatio- „ne immutari necessum erat. Attamen cum illius æta- „tis monumenta perierint, & cùm barbaris nationibus „ipsa barbaries irrepserit in Hispanos, pauca de hac „nominum mutatione dicenda supersunt.

2 „De montium quidem nuncupatione nihil di- „cere occurrit. Cùm enim supra statuerimus Braca- „rum montium nomina, quamdiu Bracari sub Roma- „norum potestate fuere, plane ignorari, opus est ut fa- „teamur etiam nescire utrum sub Gothorum, Suevo- „rumve principatu vetera nomina exuerint, an serva- „verint.

3 „Ex veteri tamen instrumento in tabulario „Bracaraugustanæ Diœcesis asservato constat, regnante „Theodomiro Suevorum Rege, illius Diœcesis limites „definitos esse, & tribus de montibus in illâ designa- „tione fit mentio, nimirum Cespiatis, montis Miseri,

mundo a ſer Cabeça, e Corte de toda a Monarchia. Deſta ſomos obrigados a deſcrever os termos, depois que os Romanos perderaõ as eſperanças de reſtaurar Heſpanha. Começava, pois, o lado Occidental na coſta fronteira à Villa de Thomar, ou Ceice, e corria até chegar ao Cabo de Finis terræ. Deſde alli começava o lado Septentrional, e ſe prolongava até os Povos Peſicos, que, ſegundo moſtràmos nas noſſas Memorias da Dioceſi de Braga, viviaõ nas viſinhanças de Santander. Nos Peſicos começava o lado Oriental, que vinha topar com o monte Vindio, e obrigado deſte, voltava para dentro, e correndo ſempre ao pê do monte, e fazendo como hum bolſo com que ſe affaſtava, até que ganhando terras mais planas, tornava a deſcer, e abraçada dentro em ſi a Cidade de Leaõ, ao que eu imagino, hia buſcar o rio Eſtola, e com a corrente deſte entrava no rio Douro, do qual ſe apartava com mais direita carreira até chegar ao Tejo, pouco acima da Idanha a velha, nem cortava o Tejo, mas nelle parava, e nelle ſe começava o lado Meridional, que vinha a fenecer na coſta do Oceano, perto de Thomar.

4 A certeza deſta demarcaçaõ ſe funda na authoridade do Concilio Lucenſe, celebrado no tempo delRey Theodomiro, em que ſe repartiraõ todas as Parochias, e Lugares do Reyno, e ſe declarou a que Biſpado pertenciaõ; e outro ſim ſe funda nas demarcaçoens determinadas por ElRey Wamba. Sendo, pois, aſſim, que das Actas do ſobredito Concilio Lucenſe conſta, que Coimbra era huma das Cidades do Reyno dos Suevos, e que a eſta pertencia a Parochia de Selio, a que hoje chamamos Ceice, já ſe vê, que o lado Occidental começava deſde alli, ou deſde Thomar, que a demarcaçaõ delRey Wamba parece attribue à Sè de Coimbra. As meſmas Actas regulaõ por Cidades dos Suevos ao Porto, Braga, Tuy, e Iria, as quaes occupaõ todo o lado Occidental até o lado de Finis terræ. E das meſmas Actas conſta, que os termos das Cidades de

Lu-

„ & Maronis. (*a*) Mons Cespiatis, quem Instrumentum
„ Alpescespiates nominat, videtur situs extra limites
„ Regni nostri, veluti etiam Miser mons, de quorum
„ tamen positione consideratiùs in nostris Commenta-
„ riis Diœcesis Bracaraugustanæ speramus tractare. Mons
„ Maraon montem esse *Maraõ* nostrâ ætate nuncupa-
„ tum, satis patet, declarante Instrumento non longè
„ abesse à faucibus fluminis *Corgo*.

4 „ Fluminum præcipua, & nobiliora, vetera re-
„ tinuisse nomina, certissimum est. Durius enim, Avus,
„ Limia, Minius, Næbisque etiam hucusque Romanam,
„ Græcamve perantiquam appellationem conservarunt.
„ De Celano nihil certi habetur. Geminos autem am-
„ nes Bracarum tractum lambentes in eâ ætate primum
„ invenio nominatos, scilicet, Alestem, & Corrogum.
„ Primus, qui ab incolis jam pridem vocatur *Rio Deste*,
„ brevissimus cursu. Oritur quatuor milliaria plus minus
„ à Bracarâ Augustâ versus Orientem Solem, ipsiusque
„ urbis suburbia irrigans, ponte non quidem magni
„ moliminis jungitur, & tandem mari jam proximus,
„ Avo fluvio committitur. De hoc flumine in Actis
„ Divi Victoris fit mentio, (*a*) quæ Acta à Divo Isidoro
„ dicuntur conscripta. Aliqui tamen opinantur, fluvium
„ Alestem esse rivulum prope Bracaram fluens, & flu-
„ vio Deste sese immiscens; eo quòd Acta Divi Victo-
„ ris asserunt ipsum ad Alestem capite plexum esse, &
„ de rivulo, quem diximus, hæc verba esse intelligen-
„ da, quippe prope illum locus, in quo mortem appetiit,
„ demonstratur. Verùm, ut arbitror, Divi Victoris Acta
„ rivolo ignobili, nobilioris fluvii nomen tribuunt, quia
„ haud longè ab illo loco in unum coëunt. Cæterùm
„ Alestem amnem, de quo supra diximus, nominari ex
„ diplomatibus (*b*) sexcentis abhinc annis exaratis fit
„ perspicuum.

5 „ Fluvius Corrogus, quem hodie *Corgo* dicimus,
„ ortus non longè ab oppidulo *Villapouca* nunc appella-
„ tus, Meridionalem plagam, perpetuò tamen ad Aquilo-
„ nem

Lugo, e Aſtorga, que ſe eſtendiaõ até os Peſicos, pertenciaõ aos Suevos, como tambem a Cidade de Leaõ, que demarcaõ por Parochia de Aſtorga; donde ſe vê, que o lado Septentrional ſe dilatava até os Peſicos, e adiante. E que o lado Oriental vieſſe rodeando o monte Vindio, ſe deduz de ſabermos, que comprehendia os Peſicos, e a Cidade de Leaõ, aſſim como tambem o incluir o Biſpado de Lamego, Viſeo, e da Idanha comprova o de mais que tenho dito do tal lado.

CAPITULO II.

Dos nomes dos montes, e rios do Paiz Bracarenſe no tempo dos Suevos, e Godos.

1 EM taõ grande mudança, como padeceraõ as Provincias de Heſpanha, era preciſo, que ſe mudaſſem tambem os nomes dos montes, rios, e Povos; mas como quer que pereceſſem as Memorias daquelles tempos, e ſe introduziſſe nos Heſpanhoes com as naçoens barbaras a ſua barbaridade, reſta pouco que referir deſta mudança.

2 Quanto aos nomes dos montes, certamente naõ temos nada que dizer, porque, como acima fica dito que naõ ſabemos, que nomes ſe davaõ aos montes do Paiz Bracarenſe no tempo dos Romanos, he preciſo confeſſar ignoramos ſe no Imperio dos Suevos, e Godos conſervaraõ, ou perderaõ os nomes, que antes tinhaõ.

3 Com tudo de hum documento, que ſe conſerva no Archivo de Braga, conſta, que no governo del-Rey Theodomiro ſe demarcaraõ os limites deſta Dioceſi, e na tal demarcaçaõ ſe faz mençaõ de tres montes, a ſaber, do monte Ceſpiate, do monte Miſero, e do Maraõ. O monte Ceſpiate, a que o documento chama

„ nem vergens petebat , Panoniarum urbem lustrabat ;
„ indeque in Durium recurrebat. Cum verò fluvius hic
„ per Transmontanam Provinciam , auri argentique fæ-
„ cundissimam , à fonte feratur , existimo Corrogum , si-
„ ve Corrugum jam à tempore Romanorum nomina-
„ tum , ait enim Plinius libro trigesimo tertio , capite
„ quarto , dum agit de aurifodinis præcipuè apud His-
„ panos : *Flumina ad lavandum hanc ruinam jugis montium*
„ *ducere obiter à centesimo plerumque lapide. Corrugos vo-*
„ *cant à corrivatione credo.*

CAPUT III.

De Rege Hunerico , Rechila , & Rechiario Bracarum tractum occupantibus.

1 „ DIximus supra Suevos , cum aliis Septentri-
„ onalibus populis consociatos Hispanias in-
„ trasse , vastavisse , indeque sortito sibi incolendas par-
„ titos esse , & Bracarum regionem Suevis evenisse. Præ-
„ erat jam dudum illis Hunericus Rex , (*a*) Ethnicorum
„ superstitione imbutus. Bracari igitur , qui in arces ,
„ Castellaque confugerant , à Romanis tanti belli moli
„ succumbentibus , destituti , biennio exacto , anno qua-
„ drigentesimo undecimo Suevis se tradunt , & Huneri-
„ cus Bracaræ regiam locat. Suevis proximi erant Van-
„ dali , quibus obvenerant cæteræ Gallæciæ partes. Or-
„ to inter eos dissidio , Vandali utpote potentiores , Sue-
„ vos invadunt , (*b*) è Bracara deturbant , & in Narva-
„ sios montes confugientes coronâ cingunt. Obsessis
„ præstò sunt Romanæ legiones. Vandali tantis copiis
„ impares , obsidionem solvunt , & è Bracara non sine
„ aliquâ suorum occisione abire coguntur , fugam arri-
„ piunt , & à Provinciâ Gallæciæ in perpetuum secedunt.
„ Post hæc Hermenericus , (*c*) medias Gallæciæ partes
„ præ-

ma Alpes Cefpiates, parece ficava já fóra dos limites de Portugal, como tambem o monte Mifero, da fituaçaõ dos quaes efperamos tratar com mayor indagaçaõ nas noffas Memorias da Diocefi de Braga. O Monte Maraõ he certo fer o mefmo, a que hoje damos efte nome, pois o Inftrumento declara diftava pouco da foz do rio Corgo.

4 Os rios principaes he certo tiveraõ os nomes antigos, porque o Douro, Ave, Lima, Minho, e Neiva confervaraõ os que lhe tinhaõ dado, ou os Gregos, ou os Romanos. Do Celano, ifto he, do Cavado, naõ podemos affirmar nada. Dous porém faõ os rios, que naõ acho nomeados antes, e encontro com os feus nomes naquelle tempo, que faõ o rio Alefte, e o Corrogo, a que hoje chamamos o rio Defte, e o rio Corgo. O Defte nafce acima de Braga huma legua, pouco mais, ou menos, para a parte do Nafcente, rega os arrabaldes de Braga, tem huma ponte de pouca fabrica, e logo adiante fe junta com o rio Ave. Defte rio trataõ as Actas de S. Victor, compoftas, fegundo fe diz, por Santo Ifidoro. Alguns entendem, que Alefte he hum ribeiro, que corre junto a Braga, e que vay acabar no rio Defte; e a razaõ, que daõ, he, que as Actas de S. Victor dizem, que fora degollado junto ao rio Alefte, e que eftas palavras fe devem entender do ribeiro que differmos, pois confta, que junto a elle foy morto, fegundo a tradiçaõ, e indicios claros, que o comprovaõ. Porém a meu ver as Actas de S. Victor daõ ao ribeiro defconhecido o nome do rio mais nomeado, com o qual o outro pequeno a pouco efpaço fe miftura. Finalmente, he certo, que o rio Defte fe chama Alefte em efcrituras publicas, que fe fizeraõ ha mais de feifcentos annos.

5 O rio Corgo nafcia perto donde agora eftá Villapouca, e defde alli corria para a parte do Meyo dia, encoftando-fe fempre para o Norte, paffava perto das ruinas da Cidade antiga de Panonias, e daqui

vinha

„ prædatur, & cum Gallæcis pacifcitur, mox neglectis „ pactis, iterum in Gallæcos defævit. Qui Idatium Epifcopum ad Ætium Romanorum ducem in Gallias mittunt rogatum ut Hunericum pactis ftare moneat, & à „ prædis, populationibufque in ipfos abftineat. Quod „ Ætius (*d*) protinus remiffo Epifcopo cum Cenforio „ Comite ab Hunerico obtinuit. Hic, morbo affectùs, „ anno quadragentefimo trigefimoquinto filium Rechilam in Regem fubftituit. Rechilam Bæticam aggreffus, Romanos cum duce Andevoto ftravit. Emeritam, Mirtilimque occupavit, & mortuo patre, Bæticam, & Carthaginenfem Provinciam cepit, ab Avitoque Romanorum Præfecto, & Gothorum exercitu, qui „ Romanis auxilio veniebant, impigrè defendit, & non „ multò pòft Emeritæ de vita migravit. (*f*)

2 „ Erat illi filius nomine Rechiarius Religione „ Catholicus, (*a*) hic in paternum Regnum fucceffit, „ Gothorum Regis Theodorici filiam uxorem duxit, „ Regni fui initio Vafconias depopulatus eft, & in „ Gallias ad focerum invifendum profectus, in reditu „ Romanorum ditionem vaftavit. Paucis tamen annis „ interjectis à focero cum Romanis fœderato, (*b*) & à „ Frontone, & Manfueto Legatis delinitus, Carthaginenfes regiones reftituit Romanis, & cum eis bellum „ compofuit. Pax non diu manfit, quippe Suevis rurfus Carthaginenfem Provinciam diripientibus, Romanorum, Gothorumque fpretis Legatis, (*c*) qui de violatâ pace expoftulatum venerant, bellum utrimque „ magno molimine adornatur. Primus Rechiarius Romanos, Gothofque laceffivit, (*d*) & Tarraconenfem „ Provinciam prædatus, fpolia in Gallæciam tranftulit. „ Sed parvo temporis fpatio intermiffo, Rex Gothorum Theodoricus de Aviti Imperatoris confenfu, Hifpanias cum firmiffimo, & maximo exercitu ingreditur, (*e*) Gallæciamque petit. Cui Rechiarius obvius „ fit Suevorum copiis ftipatus, & prope Urbicum flumen, duodecim milliaria ab Afturicâ urbe prælium

vinha a sepultarse no Douro. Este rio entendo, que já no tempo dos Romanos se chamava Corrogo, ou Corrugo, porque desde o seu nascimento vem cortando pela Provincia de Traz os Montes, onde se achaõ muitas minas de ouro, e prata; e Plinio na sua Historia Natural, livro trinta e tres, Capitulo quarto, tratando das minas de ouro, principalmente das de Hespanha, diz assim: *E para as lavagens costumaõ conduzir a agua desde o alto dos montes, às vezes pelo espaço de vinte e cinco leguas: chamaõ a estes Canaes Corrugos.*

CAPITULO III.

Dos Reys Hunerico, Rechila, e Rechiario, Senhores do Paiz Bracarense.

1 DIssemos acima, que os Suevos confederados com outros Povos Septentrionaes, entraraõ, destruiraõ, e dividiraõ entre si Hespanha, e que o Paiz Bracarense tocara por sorte aos Suevos. Era Hunerico seu Rey, que era Gentio. Os Bracarenses, pois, que se tinhaõ refugiado nos Castellos, e Fortalezas, vendo-se desamparados dos Romanos, e que naõ podiaõ soster guerra taõ dilatada, passados dous annos, isto he, no anno de quatrocentos e onze, se entregaraõ aos Suevos, e Hunerico collocou a sua Corte na Cidade de Braga. Com os Suevos visinhavaõ os Vandalos, a quem coube em sorte o resto da Provincia de Galliza. Desavindas entre si estas naçoens, os Vandalos, como eraõ mais poderosos, expulsaraõ de Braga aos Suevos, e os obrigaraõ a retirarse aos montes Narvasios, onde os cercaraõ. Acudiraõ brevemente aos cercados os Romanos, com o que os Vandalos se acharaõ precisados a levantar o sitio, largaraõ a Braga com algum estrago dos seus, retiraraõ-se, e para sempre

pre

„ init. Cæduntur Suevi, & ipse Rex sauciatus vix evasit, & in Portucalle aufugit. Inde captivus ad Theodoricum, (*f*) qui Bracaram Suevorum Regiam, ut supra diximus, occupaverat, adducitur, & cum aliquibus suorum jugulatur mense Decembri, anno quadragentesimo quinquagesimo octavo.

CAPUT IV.

De Rege Masdra, Remismundo, & Veremundo.

1 „ OCciso Rechiario, Regnum Suevorum periisse videbatur. Quod certissimè eveniret, nisi Theodoricus relictâ Bracarâ in Lusitaniam cum victore exercitu pergeret. Mox (*a*) enim Conventus Bracarum tumultuari, & magna prædonum vis grassari in viatores cæpit. Hyulfus quia Theodorico debellatæ Provinciæ Præfectus fuerat constitutus, Regnum sibi affectabat. At (*b*) Suevorum Proceres Masdram Massiliæ filium Regem sibi constituunt: Interea Theodoricus Lusitaniâ sibi parere coactâ Emeritam intrat; (*c*) sed nuntiis de morte Imperatoris Aviti, & Maioriani electione territus, de Galliis folicitus, reditum maturare decrevit, & diviso exercitu magnis itineribus, properavit in Gallias. Cæterum (*d*) Ayulfus Regnum, ut diximus, Suevorum affectans, Portucale moritur, & Suevi metu discusso, in partes divisi Bracari Masdram, Lucenses Frontonem Regem salutabant. Jornandes (*e*) tradit, Suevos, missis Episcopis in Galliam ad Theodoricum, suppliciter ab eo licentiam flagitasse, & obtinuisse, ut quem dignissimum eo fastigio arbitrarentur, crearent in Regem. Sed hæc, cum relatis ab Idacio, qui his rebus intererat, aliquantulum discrepant. Priusquam enim Theodoricus ab Hispaniâ discederet, jam Suevi Bracarum

pre se foraõ embora da Provincia de Galliza. Depois Hunerico entrou roubando o interior da Provincia, fez paz com os Gallegos, e logo desprezados os pactos, tornou a vexar os Povos. Estes mandaraõ ao Bispo Idacio a França, pedir a Ecio, General dos Romanos, para que admoestasse a Hunerico se abstivesse dos roubos, e vexaçoens, com que molestava aos Gallegos; o que Ecio conseguio de Hunerico por meyo de Idacio, e do Conde Censorio, que com elle enviou a tratar esta materia com o Rey Suevo, o qual cahindo em huma prolongada enfermidade no anno de quatrocentos e trinta e cinco, substituhio no governo a seu filho Rechila, que entrou pela Andaluzia, desbaratou os Romanos com o seu General Andevoto, tomou a Cidade de Merida, e tambem a de Mertola, e morto Hunerico seu pay, conquistou a Andaluzia, e a Provincia Carthaginense, que defendeo valerosamente de Avito General dos Romanos, e do Exercito dos Godos, que o vinhaõ ajudar. Pouco depois faleceo este Principe em Merida.

2 Succedeo-lhe na Coroa seu filho Recciario, que era Catholico. Casou com huma filha delRey Theodorico, e nos principios do seu governo entrou nas Vasconias, destruindo-as. Passou às Gallias a visitar o sogro, e na volta veyo arruinando as terras dominadas dos Romanos. Porém passados poucos annos, persuadido do sogro, que se tinha aliado com os Romanos, e das boas razoens de Fronton, e Mansueto, que vieraõ por Embaxadores, restituhio ao Imperio Romano as Provincias Carthaginenses, e celebrou a paz com o Emperador. Naõ durou esta muito, porque tornaraõ os Suevos a fazer roubo na Provincia Carthaginense, e vindo Embaixadores Romanos, e Godos a queixarse desta infracçaõ, foraõ despedidos com desprezo, e se começaraõ todos a preparar para a guerra com grandes apreftos. Recciario foy o primeiro, que a rompeo, acometendo Romanos, e Godos, arruinando a Provincia

cia

„ in Conventu superstites Masdram Regem appellave-
„ rant. Quæ tamen cohærere possunt, si dicamus Bra-
„ caros, & Lucenses Suevos inter se non convenien-
„ tes, ad Regem Gothorum pro veniâ simul, & permis-
„ sione utrosque creandi Regem adiisse. Masdras igi-
„ tur in Romanos bellum commovet, (*f*) Olyssippo-
„ nem dolo occupat, Gallæcos populos Durio proxi-
„ mos diripit. Inde exercitu iterum comparato, par-
„ tem Remismundo filio tradidit Gallæciam vastaturo,
„ ipse cum reliquâ parte Lusitaniam denuo invadit.
„ Unde reversus fratrem suum occidit, ignoratur quâ
„ ratione impulsus. Postea Portucale Castrum aggredi-
„ tur. Equidem Gallæciæ populi, tum Bracari, tum cæ-
„ teri, à Suevorum, Gothorumque barbarie abhorren-
„ tes, in tantâ rerum perturbatione ad castra, & edi-
„ tissima loca, quibus tota Provincia abundabat, se re-
„ ceperant, & exinde specie Romani nominis in liber-
„ tatem se vendicare conabantur. Ideoque ad hæc tem-
„ pora inter utrosque certabatur, non sine mutuâ ho-
„ nestorum civium occisione. Quo successu Masdras
„ Portucalem oppugnaverit, tacet Idacius, (*g*) sicut
„ etiam quâ de causâ, quo loco, & à quibus periit ju-
„ gulatus.

2 „ Masdræ successit filius Remismundus, qui cum
„ Frumario Suevorum Lucensium Rege initio princi-
„ pitatus sui bellum gessit. Utque Frumario, (*a*) qui
„ Aquas Flavias expugnaverat, & tractum illum ever-
„ sione perdiderat, vicem impenderet, Lucensis Con-
„ ventus maritima loca, & mediterranea igni, ferroque
„ vastavit. Crebro (*b*) interim Legati Suevorum, &
„ Gothorum ultro citroque commeant, at quæ in man-
„ datis habebant, quænamve esset repetitarum legatio-
„ num materies Scriptores silentio prætereunt. Tandem
„ Frumario mortuo, Lucenses Suevi Remismundo se
„ subjiciunt, (*c*) & Suevorum Regnum, partium divi-
„ sione finita, in pristinum redit decorem, & conjun-
„ ctionem. Plus verò Remismundus se, gentemque suam
„ fœdavit

cia Tarraconense, cujos despojos, e cativos transferio para Galliza; mas dentro de pouco tempo Theodorico Rey dos Godos, por ordem do Emperador Avito entrou em Hespanha, com hum formidavel Exercito, acometeo a Galliza, e junto ao rio Orbego, tres leguas de Astorga, se encontrou com Recciario, e o seu Exercito. Peleijou, ficaraõ vencidos os Suevos, e Recciario escapou ferido da batalha, e fugio para o Porto. Desde alli o conduziraõ prezo a Theodorico, que já tinha conquistado a Cidade de Braga, como acima contamos, e alli foy o sobredito Rey degollado com alguns dos seus, no mez de Dezembro de quatrocentos e cincoenta e oito.

CAPITULO IV.

Dos Reys Masdras, Remismundo, e Veremundo.

1 PArecia, que com a morte de Recciario ficava extincto o Reyno dos Suevos, e assim seria, a naõ se ter logo apartado Theodorico de Braga, e caminhado com o Exercito vitorioso à conquista da Lusitania, porque apenas se ausentou, começou a tumultuar o Paiz Bracarense, e as estradas a serem infestadas de huma grande multidaõ de salteadores. Ayulfo, que Theodorico deixara por Governador do Paiz conquistado, procurava levantarse com o Reyno. Por outra parte os Senhores Suevos acclamavaõ a Masdras, filho de Massila, por seu Rey. Entretanto Theodorico, conquistada a Lusitania, entrou em Merida; mas ouvida a morte do Emperador Avito, e eleiçaõ de Maioriano no Imperio, atemorizado, e solicito do seu dominio nas Gallias, determinouse a voltar, e dividido o Exercito, a grandes jornadas caminhou para França. Morreo neste comenos Ayulfo na Cidade do Porto,

„ fœdavit Catholicæ Religionis desertione , quam Re-
„ gnorum accessione illustraverat ; quippe filiam Regis
„ Theodorici secum matrimonio jungens, soceri , & cu-
„ jusdam Ayacis blanditiis, & persuasionibus deceptus ,
„ Arianam hæresim cum cæteris Suevorum amplexus
„ est. (*d*)

3 „ Verùm in Regno administrando impiger,
„ prospiciens Romanorum potentiam, citò in Hispaniâ
„ eversum iri , Gothorumque indies augendam prope-
„ ravit Lusitaniam occupare, (*a*) Conimbricam dolo
„ cepit , mœnia ex parte diruit , & Olyssippone, tra-
„ dente Lusidio, potitus, Gothis supervenientibus amit-
„ tit. (*b*)

4 „ Lusitania ergo utriusque gentis exercitibus
„ vastabatur impunè, donec quantum conjecturâ asse-
„ qui possum , Suevorum , & Gothorum Reges, de Leo-
„ ne Imperatore consulendo convenere, uterque enim
„ Remismundus, & Euricus legatos in societatem co-
„ euntes ad Imperatorem misere, ut refert Idacius, (*a*)
„ si rectè verba ejus interpretari valeo. Ait namque:
„ *Lusidius per Remismundum cum hostibus suis ad Impera-*
„ *torem in legatione dirigitur.* Quinam ergo sunt hi Re-
„ mismundi hostes , nisi Gothi , qui jam de Lusitaniâ
„ occupandâ, etiamque Gallæciæ Provinciæ magnâ par-
„ te certabant? Adde Divum Isidorum (*b*) dicere Eu-
„ ricum priusquam , ipsomet duce , expeditionem in
„ Hispaniam adornaret, legatos ad Imperatorem Leo-
„ nem misisse. Quod responsum singuli Legatorum tu-
„ lerunt, Idatius non indicavit. Ex iis tamen, quæ ac-
„ ciderunt, colligimus Gothos, & Suevos, consentienti-
„ bus utrinque animis, rem composuisse; cùm certum
„ sit, Suevos non contemnendam Lusitaniæ partem sibi
„ retinuisse, reliquam Gothorum ditioni accessisse. Cæ-
„ tera Remismundi facta, sicuti etiam obitum. Historia
„ illius temporis obliviscitur, ejusque successores adus-
„ que Theodomiri ætatem nominare dedignatur. Ex la-
„ pide verò anno millesimo sexcentesimo octavo , in-
„ vento

Porto, e os Suevos, perdido o medo, e divididos em duas parcialidades, os do Paiz Bracarense reconheciaõ a Masdras por seu Rey, e os do Paiz de Lugo levantaraõ Rey a Frontanes. Jornandes refere, que os Suevos mandaraõ a Theodorico para França, alguns Bispos, que pediraõ, e obtiveraõ delle licença para elegerem por seu Rey ao que julgassem capaz de taõ grande posto. Porém isto naõ concorda muito com o que relata Idacio, que assistia entre estes tumultos, pois primeiro que Theodorico se ausentasse de Hespanha, já os Suevos, que escaparaõ da ruina, tinhaõ nomeado Rey a Masdras. O que porém se póde concordar, dizendo, que os Suevos Bracarenses, e Lucenses discordando entre si, recorreraõ a Theodorico, pedindo-lhe perdaõ do que tinhaõ obrado, e licença para elegerem Rey.

2 Como quer que fosse, Masdras moveo guerra aos Romanos, por engano se fez Senhor de Lisboa, e começou a roubar os Povos visinhos ao rio Douro. Juntou depois outro Exercito, parte entregou a seu filho Remismundo para destruir Galliza, e com o resto tornou elle sobre a Lusitania, e tendo voltado, violentamente matou a seu irmaõ (a causa naõ a sabemos) e acometeo depois o Castello, ou Cidade do Porto. Aborreciaõ assim os Bracarenses, como os de mais, a barbaria de Godos, e Suevos, e por esta razaõ se tinhaõ retirado para os Castellos, e Lugares altissimos, de que abundava a Provincia, e desde alli com o pretexto de serem Romanos procuravaõ recuperar a liberdade; razaõ, porque entre elles, e os Suevos succediaõ contendas com morte de boa gente de huma, e outra parte. Naõ conta Idacio, que successo teve Masdras na oppugnaçaõ do Castello do Porto, nem tambem em que terra foy morto, nem quem foraõ os matadores, nem o motivo que tiveraõ para com violencia lhe tirar a vida.

3 A Masdras succedeo seu filho Remismundo, que

„vento apud sacrum domicilium Virginum Deo addi-
„ctarum dictum *Vairaõ*, & in granario illius extante,
„constat Regem hunc paucos annos à Catholicæ Reli-
„gionis desertione, è medio abiisse, vel saltem regna-
„re desiisse. Quippe, inscriptione lapidis attestante,
„anno quadragentesimo octogesimo quinto, mense
„Martio, Suevis dominabatur Veremundus, eoque re-
„gnante Marispala Virgo Deo dicata Templum, quod à
„fundamentis extruxerat, ad exitum perduxit. Inscri-
„ptio talis est: *In nomine Domini perfectum est hoc Tem-*
„*plum per Marispalam Deo devotam sub die xiii. Calen-*
„*das Aprilis Era DXXIII. regnante Serenissimo Vere-*
„*mundo.*

CAPUT V.

De Rege Theodomiro Seniore, & Juniore, Ariamiro, & Andeca.

1 EXactis centum plus, minusve annis, Theodomirus, quem Carriaricum Divus Grego-
„rius Turonensis (*a*) vocat, inter Suevos regnavit.
„Rex hic donis, & precibus, Divo Martino Turonensi
„precatore sibi parato, filium Regni hæredem gravi,
„& diutino morbo affectum divinitùs in salubritatem
„restitutum vidit. (*b*) Pollicitus erat se, gentemque
„suam, si voti campos fieret, repudiaturos Arrii erro-
„res, quibus imbuti erant, & in sinum Catholicæ Eccle-
„siæ reversuros. Quod igitur promiserat, præstitit an-
„no plus, minusve quingentesimo quinquagesimo sex-
„to; cùm enim eodem tempore opportunè Regni sui
„oris applicuisset Presbyter nomine Martinus, (*c*) vir
„doctus, prudens, & Deo charus, ex Orientis plagis
„advectus, Theodomirus tanti Præconis divini verbi
„operâ usus, Suevos ab impii Arrii dogmatibus remo-

que no principio do seu governo teve guerra com Frumario, que era Rey dos Suevos Lucenses, e para se pagar dos damnos, que este lhe fizera tomandolhe a Cidade de Aguas Flavias, que he Chaves, e destruindo aquelle Paiz, entrou no Paiz de Lugo, e poz a ferro, e fogo tanto as Povoaçoens maritimas, como as do certaõ. Havia neste tempo continuas embaixadas entre Suevos, e Godos, mas naõ declaraõ os Escritores o motivo dellas. Por ultimo, morto Frumario, os Lucenses se sogeitaraõ a Remismundo, e acabadas as parcialidades, tornou a Monarquia dos Suevos à sua antiga uniaõ, e esplendor. Porém mais se infamou este Rey a si, e à sua gente com a apostasia da Religiaõ Catholica, do que se tinha feito illustre com a nova uniaõ dos seus Reynos, pois casando com a filha de Theodorico Rey dos Godos, com as persuaçoens do sogro, e de hum certo Ayax, abraçou com os mais da sua naçaõ a Seita Arriana.

4 Como era com tudo muy destro na administraçaõ do Reyno, prevendo, que o dominio dos Romanos naõ podia durar muito em Hespanha, e que as forças dos Godos cada dia cresciaõ mais, tratou de anticiparse a occupar a Lusitania, conquistou com engano a Coimbra, derriboulhe parte dos muros, e tendolhe Lusidio entregado Lisboa, sobrevindo os Godos, a perdeo.

5 Desta sorte estava a Lusitania opprimida, sem remedio, dos Exercitos destas duas naçoens, ate que ambos, segundo conjecturo, convieraõ em consultar ao Emperador Leaõ, porque hum, e outro Rey, Remismundo dos Suevos, e Eurico dos Godos mandaraõ de companhia Embaixadores ao Emperador, como refere Idacio, se he que eu entendo bem as suas palavras, pois diz, que Lusidio foy por Remismundo enviado com os seus inimigos por Embaixador ao Emperador. Quem saõ pois estes inimigos de Remismundo senaõ os Godos, que já contendiaõ com os Suevos sobre a

con-

„ vit, se ipsum, & filium, de quo diximus, cum suis
„ aulicis sacro chrismate eidem Martino inungendos
„ præbuit. Quæ omnia accidisse constat anno quingen-
„ tesimo quinquagesimo sexto, quod manifestè deducitur
„ citur ex Actis Divi Martini Dumiensis asserentibus,
„ illo anno, ad nonas Aprilis, eum inauguratum fuisse
„ Episcopum.

2 „ Procedente tempore, mortuo Theodomiro
„ Seniore, filius ejus Theodomirus Regni administra-
„ tionem suscepit anno plus, minusve quingentesimo
„ sexagesimo. Rogatu cujus Bracaræ, & Luco Concilia
„ Episcopi celebravere, &, ipso flagitante, novas Sedes
„ Episcopales constituere. Piissimo Rege vitâ functo
„ Ariamirus rerum potitus, Patris exempla imitatus cùm
„ Bracaræ, tum Luci Concilia celebrari curavit. Bellum
„ in Rucones movit, & sibi parere coëgit. A Leovigil-
„ do Gotorum Rege armis appetitus supplici legatione
„ inducias obtinuit. Denique ab eodem, ut quidam vo-
„ lunt, in auxilium accersitus, ut Divum Hermenegil-
„ dum, qui à Patre Leovigildo discesserat, simul His-
„ pali obsiderent, & expugnarent. At ibi vitam cum
„ morte commutasse. Alii tradunt suppetias Divo Her-
„ menegildo tulisse, sed coactum à Leovigildo inglo-
„ rium in Gallæciam remeasse, & diem obiisse, relicto
„ Eburico filio. Qui rerum potitus, & ab Andeca Ty-
„ ranno, vi, astuque è Solio dejectus, Monachus ef-
„ ficitur. Attamen scelus non impunè cessit Ande-
„ cæ; quippe Leovigildus jam dudum Suevorum Re-
„ gnum perdere cogitabat, & occasioni imminebat, eâ
„ arreptâ, Gallæciam armatus invasit, Tyrannum Regno
„ spoliavit, Pacem Juliam relegavit, & in Monasterium
„ trusum Monachi vitam agere coëgit. Hic fuit exitus
„ Regni Suevorum, quod inter prosperam, adversam-
„ que fortunam per amplius centum, & septuaginta
„ annos steterat. Cum illius ruina etiam pristina no-
„ stræ Bracaræ Augustæ dignitas, & splendor non pa-
„ rum imminuta sunt. Desiit enim Regni caput habe-

conquista da Lusitania, e tambem de parte de Galliza? Ao que se accrescenta, que Santo Isidoro diz, que Eurico antes delle mesmo passar à expediçaõ da conquista de Hespanha, mandara Embaixadores ao Emperador Leaõ. Que reposta este deu a huns, e outros, naõ se acha nos Escritores, mas do succedido se vê, que Suevos, e Godos se compuzeraõ entre si, pois he certo, que os Suevos ficaraõ possuindo huma boa porçaõ da Lusitania, e o restante ficou no dominio dos Godos. Naõ contaõ os Historiadores o mais da vida de Remismundo, nem a sua morte, nem outro sim fazem mençaõ dos Reys, que lhe succederaõ atè Theodomiro. Porém de huma pedra achada no anno de 1608. no Mosteiro de Vairaõ, a qual existe actualmente no celleiro daquelle Convento, consta, que Remismundo viveo poucos annos depois da sua apostasia; porque no anno de quatrocentos e oitenta e cinco, em Março era já Rey Veremundo, em razaõ de a pedra dizer, que Marispala, Virgem dedicada a Deos, edificara aquelle Templo, e se acabara aos vinte de Março da Era de quinhentos e vinte e tres, sendo Rey Veremundo. A inscripçaõ diz assim: *Em nome do Senhor. Este Templo se acabou por Marispala, Virgem dedicada a Deos, aos vinte de Março da Era de quinhentos e vinte e tres, reynando o Serenissimo Rey Veremundo.*

CAPITULO V.

Dos Reys Theodomiro Velho, e Moço, e dos Reys Ariamiro, e Andeca.

1 PAssados pouco mais, ou menos cem annos, era Rey dos Suevos Theodomiro, ao qual S. Gregorio Turonense chama Carriarico. Este tendo ao Principe seu filho muy doente, e por muito tempo, offere-

„ri. Facta sunt hæc anno quingentesimo octogesimo „quarto.

3 „Erat Leovigildus accerrimus hæreseos Arri-a „næ protector, Regnoque Suevorum in potestatem re- „dacto, nihil antiquius habuit, quàm gentem illam „iterum falsis doctrinis, & suà impietate implicare, „sed parvo temporis spatio elapso, Recaredus, impiissi- „mi Patris piissimus filius, cùm Suevos, tum Gothos à „profana secta avertit, & in Catholicam, sanctamque „Religionem revocavit, anno quingentesimo octogesi- „mo nono.

4 „Igitur sub Gothorum Regum potestate totus „Bracarum nostrorum tractus quievit ad usque Regis „Roderici, & gentis Gothorum exitium. In quà uni- „versæ Hispaniæ calamitate ob Arabum irruptionem „Bracaraugusta funditus eversa periit, nec nisi longo „temporis spatio interjecto est renata.

CAPUT VI.

De Paræciis, & pagis Bracarum, Suevorum, & Gothorum ætate.

1 „NOn agimus hìc de urbibus, quæ Suevo- „rum ditioni, Bracaraugustanæ Reipublicæ „statu immutato, adjunctæ sunt. Quanquam de illis „sermonem texere, acre non esset, cum illius gentis, „florente principatu, totius Regni caput esset. Quod „quæ dicta manent satis comprobant; & insuper col- „ligitur ex diplomate Asturiarum Regis Alphonsi Secun- „di, (*a*) asserentis prope Bracaram Augustam situm „esse Templum Deiparæ dicatum, & Regale Cæmete- „rium appellatum. Quo pacto enim Regale Cœmete- „rium diceretur, nisi Reges inibi humari consuessent? „Et qui nisi Suevorum? Asturum namque Reges in „Astu-

offereceo diversos dons a S. Martinho Bispo de Tours, e por sua intercessaõ conseguio a saude do filho milagrosamente. Tinha prometido ao Santo de elle com os da sua naçaõ abjurarem a Seita de Arrio, e tornarem ao gremio da Igreja Catholica, caso que conseguisse a sua petiçaõ, e assim cumprio o que tinha prometido, no anno, pouco mais, ou menos, de quinhentos e cincoenta e seis; porque succedendo, que ao mesmo tempo chegou a Braga, vindo das partes do Oriente hum Sacerdote chamado Martinho, Varaõ douto, e Santo, o Rey valendose da sua prégaçaõ, e doutrina, persuadio aõs seus a detestarem os impios dogmas de Arrio, e ordenado Bispo o Santo Varaõ, deu o Sacramento da Confirmaçaõ a ElRey, ao Principe, e aos Grandes da Corte, depois de abjurarem a heresia, o que succedeo no anno de quinhentos e cincoenta e seis, porque das Actas Bracarenses consta ser o dito Santo sagrado Bispo neste anno, aos cinco de Abril.

2 Morto Theodomiro no anno de quinhentos e cincoenta e oito, ou nove, lhe succedeo no Reyno seu filho, chamado tambem Theodomiro, à petiçaõ do qual celebraraõ os Bispos do seu Reyno Concilios em Braga, e Lugo, e instituiraõ novas Cathedraes. A este piedoso Principe se seguio seu filho Ariamiro, que imitando o exemplo do pay, procurou se celebrassem tambem no seu tempo Concilios nas Cidades de Braga, e de Lugo. Moveo guerra aos Povos Rucones, e os sogeitou. Depois vendose acometido de Leovigildo Rey dos Godos, com huma embaixada obsequiosa conseguio delle humas treguas. Ultimamente escrevem huns, que chamado de Leovigildo para o ajudar na guerra, que trazia com seu filho Santo Hermenegildo, assistindo no sitio de Sevilha, acabara a vida. Outros dizem, que viera a soccorrer à Santo Hermenegildo, mas que Leovigildo o obrigara a voltar para Galliza com pouca gloria, e que alli falecera. Deixou por successor a seu filho Eborico, a quem Andeca com astucia, e violencia despojou da

Coroa

„ Asturiis, Gothorum Toleti, nullum Bracaræ conditum
„ esse satis constat. Sufficiat ergo dicere Conimbricam,
„ Ægitaniam, Veseum, & Lamecum Lusitaniæ Civita-
„ tes, à Suevis regnatas esse.

2 „ Cæterum bellorum turbine, vicissitudineque
„ temporum tot inclytæ urbes, Coloniæ, Municipia,
„ quæ Bracarum Conventum, ut supra vidimus, hone-
„ stabant, Suevi dominatus tempore, aut miserè perie-
„ rant, aut in pagos, & vicos redacta erant. Qui nomi-
„ nibus immutatis, saltemve corruptis, nec ubi, nec
„ quo fuerant, notus erat. Immò ipsum nomen Braca-
„ rus, Bracaraugusta, & Bracaraugustanus Sueva barba-
„ ries aboleverat, & nomine Bracara tantum retento,
„ Bracarus, & Bracaraugustanus in Bracarensis corrupe-
„ rat. Nec ista barbara appellatio, præterquam urbis
„ Bracaræ, & ejus tractus civibus, ut olim nomen Bra-
„ carus, aliis aliarum urbium incolis tribuebatur, sed
„ singularum civitatum populi propriâ gaudebant appel-
„ latione. Sic Portucale incolæ, Portucalenses, Lame-
„ cæ Lamecenses vocabantur. Generali autem nomine,
„ non Bracari, verùm Gallæci, quoscunque Sueva do-
„ minatio premebat, nuncupabantur.

3 „ Igitur ex Actis Concilii Lucensis, & divisio-
„ ne Paræciarum sub Rege Wamba decretâ, patet in
„ tractu Bracaraugustano pagos, & Paræcias deinceps
„ nominandas extitisse.

4 „ Adposta Paræcia erat Bracaraugustanæ Diœ-
„ cesis, quâ verò regione illius esset, nescimus. Idem
„ dicimus de alia Paræciâ *Ad Saltum* nuncupatâ, licèt
„ suspicemur, hanc haud longè à monte Giresio loca-
„ tam fuisse eandemque esse cum illâ, quæ inter Paræcias
„ Bracaraugustanæ Diœceseos idem hocce tempore sibi
„ nomen adciscit.

5 „ Albia locus erat Bracaræ proximus, sub Rege
„ Wamba Dumiensi Sedi attribuitur. Videturque situs
„ loco, qui postea *Penha Figueirola*, hoc est, Rupes fici,
„ appellatus est; Asturum enim Rex Alphonsus cogno-
„ mento

Coroa, e obrigou a fazerse Monge. Naõ ficou a traiçaõ do Tyranno sem castigo, porque Leovigildo, que havia tempos desejava usurpar o Reyno dos Suevos, valendo-se da occasiaõ, entrou armado em Galliza, despojou o Tyranno do Reyno, desterrou-o para Béja, e o obrigou a acabar os seus dias feito Monge em hum Convento. Tal foy o fim do Reyno dos Suevos, que entre prospera, e adversa fortuna tinha durado cento e setenta annos. Com a ruina desta Monarchia perdeo Braga muita parte do esplendor, e grandeza antiga, porque acabou de ser Cabeça de hum Reyno. Succederaõ estas cousas no anno de quinhentos e oitenta e quatro.

3 Era Leovigildo acerrimo protector da heresia Arriana, e conquistados os Suevos, procurou reduzillos de novo àquella impiedade, e falsa doutrina; mas dentro de pouco tempo Recaredo, Principe Religiosissimo, ainda que filho daquelle pay infiel, obrigou assim aos Suevos, como aos Godos a abjurarem a heresia, e se reconciliarem, e restituirem ao gremio da Igreja Catholica, no anno de quinhentos e oitenta e nove.

4 Na sogeiçaõ dos Reys Godos se conservou pacificamente o Paiz Bracarense até o tempo delRey D. Rodrigo, ruina do Imperio Gothico, e de toda Hespanha, na qual calamidade, procedida da invasaõ dos Arabes, a Cidade de Braga pereceo inteiramente, nem tornou a florecer senaõ da hi a muitos annos.

CAPITULO VI.

Das Freguesias, e Lugares do Paiz Bracarense no tempo dos Suevos, e Godos.

1 NAõ he o nosso intento tratar aqui das Cidades, que depois da mudança, que padeceo a Chancellaria, e Republica de Braga, se aggregaraõ

„ mento Castus tradit terras illas Albas nuncupari. Di-
„ citur nunc hæc Paræcia *Abiados*.

6 „ Aquaste Paræcia erat ad Bracaraugustanam
„ Diœcesim pertinens, sed ut arbitror librarii pro
„ AQUAS.FL. hoc est, Aquas Flavias, Aquaste mendose
„ legerunt. Cùm certum, sit Aquas Flavias, quamvis pri-
„ stino splendore, & dignitate amissis, & quàm maxi-
„ mè imminutis, tamen usque ad Arabum irruptionem,
„ & etiam sub horum principatu perseverasse. Nec fit
„ verosimile Patres Concilii in Ecclesiarum distributio-
„ ne Aquiflaviensem nihil pensi habere, & silentio præ-
„ teriisse.

7 „ Aylio, (*a*) sive Agilio, sive Aylon, ubi erat
„ ignoratur.

8 „ De Ara jam Libro secundo dictum est, ste-
„ tisse proximam oppido *Guimaraens*.

9 „ Berese (*a*) pagus habebatur, ad Bracaros per-
„ tinebat, si nominis similitudine non fallimur: *Peire-*
„ *ses* hodie dicitur, & situs est haud longè à vico *Gra-*
„ *lhas*, ubi diximus jacuisse Caladunum.

10 „ Centumcellas Bracaraugustanæ Diœcesi Con-
„ cilium Paræciam attribuit: (*a*) situm ignoramus.

11 „ Celo (*a*) pagus erat, & quantum conjectu-
„ râ assequi potest, Cæliobriga prius vocabatur. Nunc
„ Celorico dicitur.

12 „ Cherobio, (*a*) sive Metrobio, sive Melio-
„ brio quidam pagus Bracaris adjudicatus appellabatur,
„ nec de illo aliud dicendum occurrit.

13 „ Carandonis, (*a*) seu, ut alii legunt, Ceuten-
„ donis inter Bracarum Paræcias dinumerat Lucense
„ Concilium. Ego puto Codices corrigi debere, legique
„ Septemdonis. De positione nihil habeo dicere, sicut
„ nec de Paræciis Cerecis, Coetos, & Cuneco nomina-
„ tis, quas in tractu Bracaraugustano idem Concilium
„ disertè collocat.

14 „ Celiotao, (*a*) & Celiolis Paræciæ erant sitæ
„ haud longè à fluviis Celio, & Celiolo, quos vernaculo

 „ sermo-

raõ, e formaraõ a Monarchia dos Reys Suevos, posto que o fazello naõ seria fóra do nosso assumpto, pois he certo, que em quanto permaneceo o Imperio daquella naçaõ, foy Braga a Corte, e Cabeça de todo o Reino, como já mostràmos acima, e se prova outro sim de huma escriptura, e doaçaõ delRey Dom Affonso II. das Asturias, em que diz, que junto a Braga estava a Igreja de Nossa Senhora, a que chamavaõ o Cemeterio dos Reys: pois como se chamaria Cemeterio dos Reys, se estes alli se naõ costumassem enterrar? E que Reys podiaõ ser estes, senaõ os dos Suevos, visto constar, que os dos Godos se enterravaõ em Toledo, e os das Asturias nas Asturias, e nenhum em Braga? Basta pois dizer, que Coimbra, a Idanha, Viseo, e Lamego, Cidades da Lusitania, eraõ porçaõ do Reyno dos Suevos.

2 Com a mudança dos tempos, e ruinas da guerra, tantas Cidades illustres, Colonias, e Municipios, que segundo fica dito, ornavaõ o Paiz Bracarense, agora no dominio dos Suevos, ou jà tinhaõ acabado, ou estavaõ reduzidas a pobres Aldeas, e até mudados os nomes, ou ao menos alterados, já nem se conhecia o que tinhaõ sido. Até os nomes Bracaro, e Bracaraugustano tinha a barbaridade Sueva destruido, e retido sómente o nome Bracara, tinha mudado os nomes Bracaro, e Bracaraugustano no nome Bracarense. Nem este nome barbaro abraçava, como antes o nome Bracaro, aos moradores das de mais Cidades, mas cada hum dos Povos gozava do seu nome proprio, e assim os habitadores de Portucale se chamavaõ Portucalenses, os de Lamego Lamecenses, e a todos os do dominio Suevo se dava em geral o nome de Gallegos, e naõ de Bracarenses.

3 Das Actas pois do Concilio Lucense, e divisaõ delRey Wamba consta haver no territorio de Braga as Povoaçoens seguintes.

4 Adposita era huma Parochia do termo de Braga,

„ ſermone *Celhe* , & *Celinho* præſente tempore nomina-
„ mus, quod tamen unâ tantum ratione ducti , ſcilicet
„ nominis ſimilitudine aſſerimus.

15 „ Gitania (*a*) erat Paræcia ſita inter Braca-
„ ram , & *Guimaraens* in monte Citania appellato, quem
„ ſupra (*b*) deſignavimus.

16 „ Equiſis (*a*) Paræcia erat. Apud Romanos
„ videtur Equiſilicos ejus incolas appellari. Quâ parte
„ Bracaraugustani tractûs poſita erat , neſcimus. Idem
„ aſſerimus de pago Ledera , & de Paræciis Laineto , ſi-
„ ve Leneto , & Milia , ſicut etiam de Oculis, quæ om-
„ nes in Concilio Lucenſi inveniuntur nominatæ , &
„ Bracaraugustanæ Diœceſi , utpote ab urbe Bracara
„ haud longè ſitæ , adjudicatæ.

17 „ Panoniæ (*a*) pagus erat , ſed cum gemini
„ pagi hoc nomine præditi inveniuntur in tractu Bra-
„ caro , de quo Concilium agat , meritò in dubium re-
„ vocari poteſt. Probabilius videtur de pago in vicinia
„ oppidi *Villa Real* locato , qui urbs nobilis olim fue-
„ rat apud Romanos , ut ſupra dictum eſt.

18 „ Palanticio , (*a*) ſive Palantuſico pagus erat ,
„ quemadmodum Supulegio , & Seneſquio ; Petroneto
„ verò , & Tavis Paræciæ. Quorum ſitus incaſſum in-
„ quirerem , Concilio tantùm aſſerente proxima eſſe
„ Bracaræ.

19 Vergancia (*a*) denique pagus erat , qui pro-
„ cedente tempore , ſub auſpiciis Luſitanorum Regum
„ crevit in urbem , & Bragança noſtrâ ætate nomina-
„ tur.

20 „ Rumeca locus erat , de quo fit mentio in
„ diviſione ſub Rege Wamba decretâ , & Dumienſi Sedi
„ adjudicatur.

ga, naõ ſabemos para que parte cahia: o meſmo dizemos de outra Parochia, que chamavaõ Ad Salto, poſto que ſoſpeitamos ficava nas viſinhanças do Geres.

10 „ Spatio quidem mille passuum ab illa valle „ mons arduus ad Orientalem plagam impendet, rupium multitudine rigidus, arborum tamen copiâ, „ & aquarum emicantium perennitate oculis pergratus, „ in cujus summitate urbem nomine Calcedoniam sitam fuisse perhibetur. Verum perpensa montis arduitate, loci, cacuminisque natura, nullum ibi fuisse „ oppidum potior sententia tenet. De Castro omnes conveniunt, extat enim murus circuitu brevis cujus spatium ipsæ rupes diversis in locis interpositæ, vel supplent, vel conficiunt. Intra murum montis vertex in „ speciem pyramidis exurgit, quo fundamenta speculatorum adhuc perspiciuntur. Erat ergo Castrum pro loci natura quocunque belli eventu per quàm accommodatum ad speculandum hostium designia, pro eminentia rupis; pro viæ autem iniquitate maxime aptum „ ad receptum militum, & præsidii defensionem. Qua „ ætate, & à quibus ædificatum sit, ignoratur. Existimo „ ante Vespasiani Imperatoris tempora non fuisse, quia „ jussu ejus Via illa Militaris, quæ sub hoc Castro ducebatur, patefacta est, & instrata. Unde suspicor in „ invasiones Septentrionalium nationum, quæ, ut Libro „ superiori narravimus, accidit ineunte sæculo quinto, „ constructum esse. Constat enim ex Idatio, & Divo „ Isidoro Hispanos ad editiora, & montuosa loca se recepisse, ibique pro viribus contra Barbaros decertasse, donec Romanorum potentia penitus attrita, nostram gentem, longo pòst tempore, tandem cum Barbaris in fœdera convenisse.

11 „ Non longe ab illa rupe, qua supra diximus „ aquilas consuevisse nidificare, quatuor milliarium spatio à Via Militari interjecto, submisso in loco alvearia permanent rotunda figurâ, marmoreo lapide optime constructa, altitudinem quasi septem cubitorum „ exæquantes. Cæterum structura arctior ab imo, spa-

„ tiique

gravados quando a Santa alli orou , prompta a padecer o martyrio pela Fè de Christo.

10 Em distancia de mil passos da dita Veiga jaz, e se levanta hum monte altissimo para a parte do Nascente , muy fragoso pela multidaõ dos penhascos, mas agradavel aos olhos em razaõ das arvores , que o povoaõ , e das aguas , que por elle correm perennemente. Na coroa delle , dizem existira huma Cidade por nome Calcedonia. Porém considerada a fragosidade, e altura do monte , e a condiçaõ do cume , e do lugar, a melhor opiniaõ assenta, que naõ houve alli Cidade alguma. Em que houvesse algum Castello convém todos ; porque ainda permanecem humas muralhas de pequeno circuito , cujo espaço as penhas interpostas ou supprem , ou aperfeiçoaõ. Dentro do muro se levanta o cume do monte por modo de pyramide, em que ainda se vem os fundamentos das atalayas. Era o Castello , segundo a natureza do sitio, em qualquer occasiaõ de guerra muy accommodado pela sua eminencia a vigiar os designios dos inimigos , e pela aspereza do caminho para defensa dos Soldados , e presidio. Em que tempo se edificasse, o naõ sabemos ; mas presumo naõ existio antes do Imperio de Vespasiano ; porque de sua ordem se abrio , e calçou a Via Militar , que passava por baixo : donde suspeito , que foy edificado contra as invasoens das gentes Septentrionaes, que , como no Livro acima fica dito , succederaõ no principio do quinto seculo; porque de Idacio, e S. Isidoro consta , que os Hespanhoes occuparaõ entaõ as eminencias, e desde alli com todo o vigor peleijaraõ contra os Barbaros , até que prostrado inteiramente, e acabado o poder dos Romanos, dalli a muitos tempos pactearaõ com os Barbaros.

11 Pouco distante do rochedo, em que dissemos creavaõ as aguias , a huma legoa da Via Militar em huma baixa existem humas filhas de pedra marmore muito

„ tiique minus amplectens, incremento operis magis,
„ ac magis in latius extenditur; unde parietis facies
„ forinsecus ita prominet, ut specie judicetur ipsam
„ utpote inclinatam, propinquam esse ruinæ. Cujus
„ structuræ consilium fuit, ut nulli ferarum etiam sa-
„ liendo pateret ingressus. Erant quippe hæc alvearia
„ singulare refugium adversus incursus ursorum, qui
„ olim montes illos in magna copia occupabant, quos-
„ cunque enim parietes alia forma constructos saltu
„ superabant; & introrsum ducti cum apum cubilibus
„ iterum parietes transiliebant; cubiliaque in puteos,
„ & lacunas, quibus totus ille tractus, ut jam diximus,
„ abundat, transferebant; ibique tegumentis extractis
„ illa in aquam submittebant, qua industria, apibus in
„ aqua submersis, mella devorabant.

12 „ Hodie hoc ferarum genus iis in montibus
„ prorsus extinctum est, ita ut ab anno millesimo sex-
„ centesimo quinquagesimo, quo rustici non longè à
„ planitie, quam dicunt *Chaõ da fonte*, hoc est, Plani-
„ ties fontis, ursum unum interfecerunt, amplius illius
„ generis animal non sit visum. Extinctionis causa fue-
„ re ignes, quos agricolæ sæpius agris inferunt, qui
„ multoties vento concepti latè fundunt incendia; si-
„ mul etiam illos venandi studiosè exercita industria,
„ quæ talis erat: Arboris trunco aliquid mellis, cujus
„ cibi hoc animal est maxime avidum, apponebant,
„ maleumque ligneum tali machinatione parabant, ut
„ cùm ursus accedebat gustaturus melle, maleus illius
„ caput ictu contribat.

13 „ Nec silentio prætereunda judicamus illa anti-
„ quitatis monumenta, quæ sunt juxta Ecclesiam D. Joanni
„ dicatam, à qua nomen accipit planities illa, in qua ja-
„ cet, & dicitur à nostris *S. Joaõ do Campo*; quippe con-
„ stat Ecclesiam veterem, quam triginta abhinc an-
„ nis incolæ, alia non longè ædificata, reliquerunt, &
„ demoliti sunt, à Militibus Templi sibi domicilium
„ delectum fuisse, quod patet ex Insignibus Militiæ
„ Tem-

muito bem fabricadas , quasi da altura de sete covados. Principiaõ em baixo em circuito pequeno, e acabaõ em mayor ambito , e assim estaõ as suas paredes muito inclinadas para fóra , em fórma , que parece querem cair. O motivo desta fórma de edificio foy para que nenhuma féra , ainda por salto , pudesse alli entrar. Eraõ estas silhas grande remedio contra os assaltos dos ursos, que antigamente se creavaõ, e discorriaõ por aquellas serras , porque toda outra fórma de muros venciaõ saltando, e introduzidos dentro das silhas se abraçavaõ com os cortiços, e com elles tornavaõ a saltar para fóra, e os conduziaõ aos rios , e lagoas , de que abunda , como dissemos , aquelle Paiz, onde tirados os tampos metiaõ os cortiços na agua, e mortas com esta industria as abelhas, comiaõ o mel.

12 Já hoje se acha inteiramente extincto este genero de féras naquellas serranias, de sorte, que desde o anno de mil seiscentos e cincoenta, em que os Camponezes mataraõ hum , nunca mais appareceo animal desta especie em toda a montanha. A causa da sua extinçaõ foraõ os fogos , que os Pastores repetidamente lançaõ ao monte , os quaes muitas vezes agitados dos ventos produzem na montanha grandes incendios. E tambem o industrioso exercicio, que tinhaõ de lhes armar, e era assim: Punhaõ no tronco de huma arvore huma porçaõ de mel, de que saõ muy golosos os ursos, e armavaõ hum maço de pao com tal artificio, que quando o urso hia a comer o mel , o maço lhe batia, e dava na cabeça, e o matava.

13 Naõ he razaõ que deixemos de tratar tambem de algumas memorias da antiguidade , que existem perto da Igreja de S. Joaõ do Campo , de que recebe o nome a dita planicie; pois consta, que a Igreja velha, que os Freguezes haverà pouco mais de trinta annos desampararaõ , e demoliraõ por terem edificado outra nova, foy domicilio dos Templarios, o que bem mostraõ as Insignias daquella Ordem Militar, gravadas,

„Templi in parietibus insculptis, & appensis. Subtus „terram loca inventa sunt, planis saxis, & elaboratis „constrata, & superbi tumuli, quibus cadavera militum „condebantur, quibus in tumulis operis magnificentia, „& pulchritudo, manifestum faciebat ipsos sumptui „non pepercisse.

14 „Sunt qui afferant vetustiori ætate, Romanos „illuc aliquod nobile ædificium molitos esse. Pro ar„gumento afferunt prope aream antiquæ Ecclesiæ, ter„ram defodiendo, lapides Romani operis, & frusta co„lumnarum inventa esse; & in ambitu Templi loca „strata lateribus quadratis, quasi sesquicubitalis lon„gitudinis, & crassitudinis tantæ longitudini conve„nientis; tantaque tenacitate compacti, igneque de„cocti, ut in duritie marmoribus non cedant. Quod „etiam deducunt ex cippo inde translato, parietique „ædium cujusdam agricolæ copulato cum hac inscri„ptione:

O ————
P. C ------ T. Q
VAL ------- O
CONSTANT
R. F.
INV ------ TO.

„Ego inscriptionem ob defectum litterarum plane non „capio. Videtur agere de quodam Constantio, aut „Constantino. Verum Romanos illic Diis sylvestribus „aliquod Templum ædificasse nullus dubito.

vadas, e penduradas nas paredes. Debaixo da terra se acharaõ alguns lugares muy bem lageados, e com pedras lavradas, e tumulos magnificos, em que jaziaõ os cadaveres dos Cavalleiros; e segundo o primor, e fermosura da obra, bem se mostrava o pouco, que se repàrára na despeza.

14 Naõ falta quem se persuada a que os Romanos antigamente fabricaraõ alli algum edificio, e o seu fundamento he, que perto da àrea da Igreja velha, cavando a terra, se tem achado pedras de lavor Romano, e pedaços de columnas, e no circuito da Igreja espaços ladrilhados de tijolos quadrados de covado e meyo de comprimento, e grossura correspondente, e taõ compactos, tenazes, e bem cosidos, que igualaõ na dureza a qualquer marmore. E tambem hum cippo, que transferido dalli, servia na parede das casas de hum Lavrador, e tem a seguinte inscripçaõ:

O ———
P. C ---- T. Q
VAL ---- O
CONSTANT
R. F.
INV ---- TO.

Eu naõ a percebo claramente. Parece trata de Constancio, ou Constantino. Mas naõ tenho duvida, que os Romanos tivessem alli edificado algum Templo aos Deoses sylvestres.

CA-

CAPUT VI.

De tertia Militari Via è Bracara in Asturicam per Giresium montem tendentem.

1 „ MOnte Giresio, monumentisque vetustis „ eo extantibus descriptis, reliquum est „ ut de Via Militari, quæ illum circumibat, agamus. „ Quinto in Capite Libri tertii de ipsa jam aliqua in „ prima horum Commentariorum editione retuleram, „ juxta ea, quæ à viris probatæ fidei dum Bracaræ olim „ commorarer, audiveram. Nunc de illa fusé, latèque „ dicendum, quippe casu mihi venit in manus Com„ mentarius de hac re scriptus ab eruditissimo Presby„ tero Josepho Matesio Ferrerio, Abbatis Paræciæ Divi „ Joannis do Campo nuncupatæ consanguineo, qui in „ re historica non parum versatus, & in antiquitatis „ monumentis perquirendis sedulus investigator Viam „ hanc Militarem oculis perlustravit. Cùmque doctus „ vir ad indagandam illam viam se accingeret, ante „ quam rem aggrederetur, nè rusticorum postea oppo„ sitione, & malitia cogeretur ab incæpto desistere, „ Prætorem Viennensem adiit, ab eoque litteras obti„ nuit, quibus injunctum erat, ut in eo navando ope„ re nullus ei negotium facesseret, imo pro viribus „ adjuvaret. Igitur decima sexta die Augusti anni à re„ parata Salute millesimi septingentesimi vigesimi octa„ vi cum sibi adjunctis sociis, hominibus antiquitatis „ studiosis, quà Militaris Via deducebatur, investigare „ cæpit. Erat enim cum vepris, sentibusque inexplicabi„ lis, & sæpius agricolarum operâ demolita, & inter„ cæpta. Nihilo secius adhibita industria, & labore, „ clarissima illius vestigia, & evidentia signa apertum „ ire cæperunt; nempe parietes, & columnæ terrà op-

 „ pressæ,

CAPITULO VI.

Da terceira Via Militar, que sahia de Braga para Astorga, e corria pelo Geres.

I DEscrito o monte Geres, e os monumentos antigos, que nelle se achaõ, segue-se tratarmos da Via Militar, que por elle corria. No Capitulo quinto do terceiro Livro desta Obra tinhamos na primeira impressaõ tocado confusamente esta materia, segundo as noticias, que nos tinhaõ dado pessoas fidedignas, quando ha mais de vinte annos estivemos em Braga. Agora havemos de tratar, e descrever diffusamente a sobredita Via Militar; porque casualmente nos chegou às mãos hum Tratado escrito neste particular pelo Reverendo Padre Josph de Matos Ferreira, Sobrinho do Reverendo Abbade de S. Joaõ do Campo, pessoa muy versada na liçaõ da Historia, e singular investigador da antiguidade, o qual pessoalmente andou vendo esta estrada. E para a examinar exactamente, e se livrar do impedimento, que havia de encontrar na opposiçaõ, e malicia dos rusticos daquellas montanhas, obteve ordem do Corregedor de Vianna, na qual se mandava, que ninguem se atrevesse a impedillo no dito exame, antes fossem todos obrigados a concorrer para o que fosse necessario. Pelo que aos dezaseis do mez de Agosto do anno mil e setecentos e vinte e oito entrou o dito Reverendo Padre com outras pessoas curiosas, que o quizeraõ acompanhar, a averiguar o terreno por donde corria a sobredita Via Militar Romana, que alli chamaõ a Geira. Estava pela mayor parte cuberta de mato, e sylvados, e tambem a espaços desfeita, e cortada pelos rusticos, e lavradores do Paiz. Com tudo, em virtude do

„ pressæ. Inde Romanorum passuum mensurâ exactè „ usus, voti compos factus est; nam integris, fractisque „ numeratis, septuaginta columnas milliaria designantes „ adinvenit; ut ipse in Commentario laudato testatur. „ Per compendium ergo primò viam ipsam designabi- „ mus, deinde de cippis in ipsa repertis mentionem fa- „ ciemus.

2 „ Incipiebat via hæc, seu potius exibat è Braca- „ ra Augusta, versusque Septentriones, & orientem So- „ lem procedebat usque dum spatio quatuor milliarium „ confecto Celanum fluvium attingebat: quo Ponte jun- „ cto, & superato, vicum quem nunc *Amares* dicunt, & „ Paræciam *Cayrès* vulgò appellatam, adibat. Exinde de- „ super *Paredes Secas*, hoc est, Parietes siccos, & hinc „ per ardua montis versus orientem Solem circumeun- „ do porrigebatur. Superato flexu in Septentrionem ite- „ rum conversa usque in locum hodie Sancta Crux nun- „ cupatum, extendebatur. Totum hoc Viæ Militaris spa- „ tium columnis hodie caret. Causam esse proximita- „ tem Urbis Bracaræ, rusticorum barbariem, & gentis „ nostræ incuriam, nullus dubito; quippe, ut alibi dixi, „ constat Archiepiscopum Dominum Didacum Sousium, „ nè tot præclara antiquitatis monumenta perirent, „ quod jam multis acciderat, ex hac, & aliis Militari- „ bus Viis columnarum Romanarum magnam copiam „ in Bracaram afferri jussisse, publicisque locis non par- „ vum illarum numerum collocasse.

3 „ A' Paræciæ Sanctæ Crucis discurrebat Milita- „ ris Via per Paræciam Sancti Joannis de Balança, & loco, „ quem vocant *Os Teixugos*, sextum decimum conficie- „ bat milliare. Deinde procedebat in orbem flexa, quo- „ usque Paræciam, quam hodie Chorensem nominant, „ permeabat; quo in tractu, situ *Segunda Repreza*, deci- „ mum septimum, & decimum octavum milliare, *Val* „ *de Foyos* dicto, columnæ utroque extantes numera- „ bant. Ducta exinde in eodem tractu per planitiem, „ cui imminet vicus *Saim*, ad situm *Os Lagedos* ire

„ per-

do trabalho, e induſtria, com que ſe executou a averiguaçaõ, começaraõ a apparecer claramente veſtigios, e ſinaes evidentes da Via Militar antiga; iſto he, paredes, e columnas enterradas: e uſando logo de huma medida exacta do paſſo Romano ſe veyo a conſeguir o intento; porque entre quebradas, e inteiras ſe acharaõ, e deſcubriraõ ſetenta columnas, que a ſeus eſpaços ſinalavaõ as milhas do caminho, ſegundo o dito Padre refere no Tratado allegado. Deſcreveremos, pois, a dita Via Militar primeiro ſummariamente, depois relataremos as columnas, que nella ſe encontraraõ.

2 Começava, ou, por melhor dizer, ſahia a dita Via Militar de Braga, e tomando o rumo do Norte Oriental corria por eſpaço de huma legoa, e hia bater no rio Cavado: paſſado eſte com huma Ponte, diſcorria pelo lugar de Amares, e Freguezia de Cayrès. Deſde alli continuava por cima de Paredes Secas, e daqui rodeando pelo alto do monte para o Naſcente até vencer a volta; vencida a qual, buſcando novamente o rumo do Norte, proſeguia até o Lugar de Santa Cruz. Em todo o ſobredito eſpaço naõ ſey, que ſe ache columna alguma Romana, e a cauſa tenho por ſem duvida, que he a viſinhança da Cidade de Braga, a barbaridade dos ruſticos, e o deſcuido da noſſa Naçaõ; porque, como já diſſe, conſta, que o Arcebiſpo Dom Diogo de Souſa, deſta, e de outras Vias Militares mandou conduzir para Braga grande numero de columnas Romanas, para que eſtes illuſtres monumentos da antiguidade naõ ſe perdeſſem, como já a outros muitos tinha ſuccedido.

3 Da Freguezia de Santa Cruz proſeguia a Via Militar pela de S. Joaõ de Balança, e no Lugar, a que chamaõ Os Teixugos, fazia quatro legoas; deſde onde continuava circulando até entrar na Freguezia de Corenſe, no recinto da qual no ſitio, a que chamaõ *Segunda Repreza*, fazia mais hum quarto, e no de *Valde Foyos*

„ pergebat, ubi decimum nonum milliare columnæ de-
„ monstrabant.

4 „ Chorensi Paræcia superata „ quæ dicitur *de*
„ *Moimenta*, Militarem Viam excipiebat; Via autem vi-
„ gesimo ibi milliario confecto ad vicum, cui nomen
„ est *Travassos*, milliare alterum conficiebat. Continuò
„ à dicta Paræcia, quam *de Chamoim* nuncupant, ad si-
„ tum, quem *Herbosam* vocant, secundum supra vigesi-
„ mum milliarium numerum inibat. Ex Herbosa ad
„ locum *Esporões* dictum Padrosio vico proximum, ipsa
„ Via in longitudinem unius milliarii producebatur.
„ Alioque decurso, juxta vicum *Sà de Covide* vigesi-
„ mum quintum, & vicum Covide vigesimum sextum
„ milliare lapides eo permanentes designabant. Sine in-
„ termissione porrò Via discurrebat, & situ, quo secer-
„ nuntur termini vici *Campo* à terminis vici *Covide* no-
„ minati, vigesimum septimum milliare perficiebat.
„ Hinc progressa ad Locum, qui appellatur *Leira dos*
„ *Padrões*, duo de vigesimo, superatoque Ponte, quem
„ *dos Eixões* vocant ad situm *Casa da guarda* nomina-
„ tum exiens, vigesimo nono lapide signabatur. Rursus
„ trigesimo, trigesimo primo, secundo, tertio, & quarto
„ lapide ad locos *Berbeses*, *Bico da Geira*, *Volta do Co-*
„ *vo*, *Alvergaria*, *Portella de Homem*, per quos successi-
„ vè transibat, notabatur. Ultra confinia nostræ Inter-
„ amnensis Provinciæ, quæ oppido *Portella de Homem*
„ terminantur, procedebat; quas autem stationes, muta-
„ tiones, & oppida attingeret quoadusque Asturicam
„ perveniret, Libro, & Capite supra laudato retuli-
„ mus.

5 „ Maximam toto itinere admirationem viatori-
„ bus movebat magnificentia, & artificium Viæ, mon-
„ tium juga, & dorsum transmeantis, & nihilominus
„ flexuoso ambitu æquabiliter perpetuò excurrentis, quo-
„ cunque enim in ardua incidebat curvatis spatiis elu-
„ sum ibat. Nec minoris erat voluptas quæ, inter viam
„ capiebatur; ex utraque enim margine densissimæ, al-
„ tissimæque

de Foyos mais dous quartos de legoa, ſegundo ſe moſtra das columnas, que nos ditos ſitios exiſtem. Dalli, ainda dentro da meſma Freguezia, ſe prolongava pelo campo, ou planicie, debaixo do Lugar de Saim até o ſitio chamado *Os Lagedos*, onde as columnas denotavaõ mais outro quarto de legoa.

4 Paſſada a Freguezia de Corenſe, chegava a Via Militar à de Moimenta, onde contava cinco legoas, e logo entrando na de Villar, perto do Lugar de Travaſſos, nas viſinhanças do qual ficava a povoaçaõ de Saliniana, ſobre as cinco legoas contava mais huma milha, e eſtendida depois pela Freguezia de Chamoim, em hum ſitio, a que chamaõ a *Hervoſa*, fazia cinco legoas e meya. Da Hervoſa tornava a continuar, e no ſitio, a que dizem *Os Esporões* junto ao Lugar de Padròs, contava outra milha mais de diſtancia, e proſeguindo por outra mais, feitas ſeis legoas, junto à Aldea de Sá de Covide ſe finalava mais hum quarto, e junto ao Lugar de Covide mais dous quartos de legoa, pelas columnas, que alli exiſtiaõ. E ſem mais demora proſeguia até chegar aonde ſe dividem os termos do Lugar do Campo dos de Covide, onde ſe marcava huma milha de mais. E dalli continuada até o ſitio, a que chamaõ *Leira dos Padrões*, ſe demarcava a ſetima legoa, a que ſe accreſcentava hum quarto mais, paſſada a Ponte dos Eixões, no ſitio a que chamaõ a *Caſa da guarda*. Dahi outro, outro, e outro quarto de legoa, nos Lugares chamados Barbeſes, Bico da Geira, e Volta do Covo, onde completava oito legoas, paſſando ſucceſſivamente hum quarto a diante na Alvergaria, e acabando oito legoas e meya na Villa de Portella de Homem, onde terminaõ os fins da Provincia de Entre Douro, e Minho, e do noſſo Reino. As terras, por onde depois corria até chegar à Cidade de Aſtorga, diſſemos no Livro, e Capitulo acima citado.

5 Cauſava grande admiraçaõ aos paſſageiros por todo o caminho, o artificio, e magnificencia da eſtrada,

„ tiſſimæque arbores illam vallabant , quæ iter conficientes æſtate Solis ardore, hyeme vi ventorum arcebant.

C A P U T VII.

De cippis, & columnis Romanis in hac Militari Via permanentibus.

1 „ IN confinio Paræciæ Sanctæ Crucis loco, „ quem ab angulari figura *Cantos da Geira* „ nuncupant ſeſquidecimo à Bracaraugusta lapide columnarum fruſta in perquiſitione, de qua ſupra mentionem fecimus , terrâ obruta reperta ſunt; & inſuper duæ columnæ, quarum una bicubitalem longitudinem excedit , cujuſque inſcriptio temporum injuriâ abiit ; altera verò trium cubitorum longitudinem æquat , & craſſitudine tredecim maiores palmos , in ipſaque ſequens inſcriptio eſt inciſa:

IMP. CAES. M.
AUR. CARO :::
.... INVICTO- . ::
P. C. P. M XTR P
:.... AUG. P. P. XV.

„ Hoc eſt: *Imperatori Cæſari Marco Aurelio Caro Invicto*, „ *Proconſuli, Pontifici Maximo , Tribuniciæ Poteſtatis decimo à Bracarauguſta millia paſſuum quindecim.*

2 „ In Chorenſi Paræcia juxta rivulum *Do campo de Cabaninhas*, hoc eſt: Agri parvorum tuguriorum „ nominatum, tres inventæ ſunt columnæ , quarum unam „ relictis duabus terrâ oppreſſis, è pariete agri , quo interjacebat, foras miſerunt , & collocarunt. Longitudo „ ejus trium cubitorum menſuram adimplet , craſſitu-

Eee „ do

da, que cortava pela montanha, vencia o alto dos montes, e ſempre corria com igualdade em virtude das voltas, que fazia. Servialhes tambem de grande goſto, e recreaçaõ a eſpeſſura dos boſques, e a multidaõ, e corpulencia das arvores, que a cercavaõ; porque no Veraõ com a ſombra os defendiaõ do ardor do Sol, e no Inverno, com a oppoſiçaõ dos troncos, da violencia dos ventos.

CAPITULO VII.

Dos padrões, e columnas Romanas deſta Via Militar.

1 NOs limites da Freguezia de Santa Cruz, no ſitio chamado *Cantos da Geira*, na diſtancia de quinze milhas da Cidade de Braga, ſe acharaõ diverſos pedaços de columnas enterrados no chaõ, e além deſtes duas columnas, das quaes huma tem de alto ſete palmos com a inſcripçaõ gaſta do tempo, a outra tem ao todo doze palmos de alto, ſete fóra da terra, e de groſſura dez e meyo, com a inſcripçaõ ſeguinte:

IMP. CAES. M.
AUR. CARO:::
.... INVICTO-.::
P. C. P. M. XTR. P.
:....AUG. P. P. XV.

Quer dizer: *Eſta columna ſe dedicou ao Emperador Ceſar Marco Aurelio Caro Invicto, Proconſul, Pontifice Maximo. Do Poder Tribunicio dez vezes. Daqui a Braga ſaõ quinze mil paſſos.*

2 Na Freguezia de Corenſe, junto ao ribeiro intitulado:

„ do plusquam duodecim maiores palmos. Inscriptionem
„ accipe:

IMP. CAES. DIVI. SEVERI. PII. FIL
DIVI. MARCI. ANTONINI. NEP.
DIVI. ANTONINI. PII. PRONEP.
DIVI. ADRIANI. ABNEP.
DIVI TRAIANI. PAR. ET DIVI
NERVAE. ADNEP.
M. AURELIO. ANTONINO. PIO III. FEL. AUG
PART. MAX. BRIT. MAX.
GERMANICO. MAX.
PONTIFICI MAX.
TRIB. POT. XVII IMP. III
COS IIII. P. P. PROCOS.

„ Hoc est: *Imperatori Cæsari Divi Severi Pii filio, Divi*
„ *Marci Antonini nepoti, Divi Antonini Pii pronepoti, Di-*
„ *vi Adriani abnepoti, Divi Trajani Parthici, & Divi Ner-*
„ *væ adnepoti, Marco Aurelio Antonino Pio. Felici Augusto,*
„ *Parthico maximo, Britanico maximo, Germanico maximo,*
„ *Tribuniciæ Potestatis decimo septimo, Imperatori tertiò,*
„ *Consuli quartò, Patri Patriæ, Proconsuli.*

3 „ Eàdem in Paræcia situ, quem *Val de Foyos*, vi-
„ co Nazareth imminenti, alia adinventa est columna cum
„ inscriptione magna ex parte deleta:

titulado: Do campo de Cabaninhas, se acharaõ tres columnas, das quaes deixaraõ duas enterradas, e a outra a tiraraõ para fóra da parede do campo, em que estava, e a collocaraõ por onde agora vay a estrada. Tem de altura treze palmos, onze e meyo de grosso, e a seguinte inscripçaõ:

IMP. CAES. DIVI. SEVERI. PII. FIL
DIVI. MARCI. ANTONINI. NEP.
DIVI. ANTONINI. PII. PRONEP.
DIVI. ADRIANI. ABNEP.
DIVI. TRAIANI. PAR. ET DIVI
NERVAE. ADNEP.
M. AURELIO. ANTONINO PIO III. FEL. AUG
PART. MAX. BRIT. MAX.
GERMANICO. MAX.
PONTIFICI. MAX.
TRIB. POT. XVII IMP. III
COS IIII. P. P. PROCOS.

Quer dizer: *Esta columna se dedicou ao Emperador Cesar Marco Aurelio Antonino, Pio, Felix, Augusto, Parthico maximo, Britanico maximo, Germanico maximo, Pontifice Maximo, do Poder Tribunicio dezasete vezes, Emperador tres, Consul quatro, Pay da Patria, Proconsul, filho de Divo Severo, Pio, Felix, neto de Divo Marco Antonino, bisneto de Divo Antonino Pio, terceiro neto de Divo Adriano, quarto neto de Divo Trajano Parthico, e de Divo Nerva.*

3 Na mesma Freguezia, no sitio a que chamaõ *Val de Foyos*, por baixo do Lugar de Nazareth, se achou outra columna com a inscripçaõ comida pela mayor parte, nesta fórma:

::VII

: :
: :VII
C. CALPETANO. RANTIO
QUIRINALE. VAPRIO FESTO
LEG. AUG. PRO PR. VIA
NOVA M. P. XVIII.

„ Hujus inſcriptionis ſententia ex aliis inſcriptionibus „ eadem continentia, deincepſque danda, clarè patebit. „ Singulæ in cognitionem nos ducunt, viam hanc Imperatoris Veſpaſiani auſpiciis patefactam eſſe.

4 „ Situ *Lagedos* dicto, cui vicus *Saim* impendet, „ conſtat paucis abhinc annis quatuor ſtetiſſe columnas. Ex quibus à vici incolis alia rapta eſt, alia in „ fruſta conciſa. Permanent reliquiæ unius: inſcriptio „ pæne ab annis conſumpta hæc habet:

. . : . . . . NI
. . . . NINI
. . . . ANI
. . . . .N. . . . :
. . . . PAR. . . . .
. . . . . ANTONINO . .
. . MAX. BRIT. MAX . .
. . . . III. . . . .
COS IIII . . . PROCOS
A BRACARA. M. P. XVIIII.

„ Quæ ſatis ſunt ut nulla dubitandi ſit ratio columnam „ eandem ſententiam continere, ac antecedenti proxi- „ mam.

5 „ Alterius inſcriptio ſi primum, & ſeptimum ver- „ ſum excipias, integra apparet in hunc modum:

: . . N

: :
: :VII
C. CALPETANO. RANTIO
QUIRINALE. VALERIO FESTO
LEG. AUG. PRO PR. VIA
NOVA. M. P. XVIII.

O ſentido deſta inſcripçaõ ficarà claro quando produzirmos abaixo outras ſemelhantes. Cada huma dellas nos dà a noticia, de que eſta Via Militar foy aberta, e fabricada por ordem do Emperador Tito Veſpaſiano.

4 No ſitio a que chamaõ Os Lagedos, por baixo do Lugar de Saim, ha poucos annos exiſtiaõ quatro columnas, das quaes huma furtaraõ os moradores do dito Lugar, deſpedaçaraõ outra, e permanecem duas. A' inſcripçaõ de huma, já conſumida do tempo, ainda ſe lhe vem as letras ſeguintes:

....................NI
.... NINI
...............ANI
...............N. . . ..
.... PAR. . . . .
. . . . . ANTONINO . .
.. MAX. BRIT. MAX ..
. . . . III. . . . .
COS IIII... PROCOS
A BRACARA. M. P. XVIIII.

O que he baſtante para ſe conhecer muito bem, que eſta inſcripçaõ continha o meſmo, que a penultima acima.

5 A outra inſcripçaõ, tirado o primeiro verſo, e o ſexto, e ſetimo, mandados riſcar de propoſito, em razaõ de tratarem de Domiciano, eſtá inteira na fórma ſeguinte:

...N.

.... N. ....
DIVI. VESPASIANI
VESPASIANO. AUG.
PONT. MAX. TRIB. POT.
VIIII. IMP. XV. P. P. COS
VIII. CAESARE DIVI ...
PASIA ....
COS VII ....
G. CALPETANO. RANTIO
QUIRINALI VALERIO
FESTO. LEG. AUG.
A BRACARA. M. P. XIX.

„ Hoc eſt: *Imperatori Tito Cæſari Divi Veſpaſiani, filio*
„ *Veſpaſiano, Pontifici Maximo. Tribuniciæ Poteſtatis no-*
„ *no, Imperatori decimo quinto. Patri Patriæ, Conſuli octa-*
„ *vo, Cæſari Divi Veſpaſiani* : : : *Conſuli ſeptimo. Gaio Cal-*
„ *petano, Ranio Quirinale, Valerio Feſto Legato Auguſti.*
„ *A Bracara millia paſſuum decem & novem.*

6 „ Subtus vicum *Travaſſos* appellatum prope ri-
„ vum è monte in ſubjectam viam cadentem, dum via
„ reficeretur reperta eſt columna in duas medietates
„ diviſa, & ſequentibus litteris inſculpta :

IMP. CAES. DIVI. SEPTIMI
SEVERI. NEPOTI. DIVI
ANTONINI. PII. MAGNI. FILIO
M. AURELIO. ANTONINO. PIO. FEL. AUG
PONT. MAX. TRIB. POT. II.
COS. PROCOS. P. P.
FORTISSIMO. FELICISSIMO.QUE
PRINCIPI
A BRAC.AUG.
M. P. XXI.

Hoc

. . . . N. . . . . . .
DIVI. VESPASIANI
VESPASIANO AUG.
PONT. MAX. TRIB. POT.
VIIII. IMP. XV. P. P. COS
VIII. CAESARE DIVI . . .
PASIA . . . .
COS VII . . . .
G. CALPETANO. RANTIO
QUIRINALE. VALERIO
FESTO. LEG. AUG.
A BRACARA. M. P. XIX.

Quer dizer: *Esta columna se dedicou ao Emperador Cesar Tito Vespasiano Augusto, Pontifice Maximo, do Poder Tribunicio nove vezes, Emperador quinze, Pay da Patria, Consul oito vezes, filho de Divo Vespasiano, sendo Legados do Emperador Gayo Calpetano, Rancio Quirinal, Valerio Festo. Daqui a Braga saõ dezanove mil passos.*

6 Por baixo do Lugar de Travassos, junto a hum ribeiro, que cahe do monte na estrada, andando-se concertando esta, se achou huma columna quebrada em dous pedaços, e nelles a seguinte inscripçaõ:

IMP. CAES. DIVI. SETIMI
SEVERI. NEPOTI. DIVI
ANTONINI. PII. MAGNI. FILIO
M. AURELIO. ANTONINO. PIO. FEL. AUG.
PONT. MAX. TRIB. POT. II.
COS. PROCOS. P. P.
FORTISSIMO. FELICISSIMO.QUE
PRINCIPI
A BRAC.AUG.
M. P. XXI.

Quer

„Hoc est: *Imperatori Cæsari Divi Septimii Severi nepo-
„ti, Divi Antonini Pii magni filio, Marco Aurelio Anto-
„nino, Pio, Felici, Augusto, Pontifici Maximo, Tribunicia
„Potestatis secundo, Consuli, Proconsuli, Patri Patriæ, For-
„tissimo, Felicissimoque Principi. A Bracara Augusta millia
„passuum unum & viginti.*

7 „In Paræcia, cui nomen indunt *De Chamoim* sub
„vico *Felgueiras*, non longe à rivulo ex cacumine mo-
„ntis in ipsam viam prolapso, loco, quem dicunt *Her-
„vosa*, duæ adstant columnæ: unius inscriptio in totum
„est deleta, alterius milliare vigesimum designat, cæ-
„tera maiori litterarum parte corrupta legi nequeunt,
„& hoc modo se habent:

:::::::::::::::::
....
BRACARA. AUG
:::::::::::::::::
....
A RAC. AUG
M. P. XXII.

„Opportunè Pater Josephus Matesius advertit in lauda-
„to Commentario in tradita inscriptione aliquid parti-
„culare referri ad Bracaraugustam Urbem spectans ul-
„tra spatium milliarium; quippe non solum in ultimo
„versu, quemadmodum in reliquis, sed etiam in tertio
„ipsius Urbis nomen est inscriptum. Aderat etiam hîc
„columna alia inusitatæ longitudinis, qua de causa ha-
„bitatores pagi viginti abhinc annis eam ad atrium
„Templi transtulerunt, & super ipsam Crucem collo-
„carunt.

8 „Loco dicto *Esporões*, Padrosio vico proximo
„alia reperta est columna, cujus inscriptio à vetustate
„periit. Uno deinde milliario confecto, quo situ diver-
„ticulum incipit ducens in vicos Parva tuguria, & Per-
„goim nominatos, duæ inventæ sunt columnæ: inscri-

 „ptionem

Quer dizer: *Esta columna se dedicou ao Emperador Cesar Marco Aurelio Antonino, Pio, Felix, Augusto, Pontifice Maximo, do Poder Tribunicio a segunda vez, Consul, Proconsul, Pay da Patria, Fortissimo, e felicissimo Principe, Neto de Divo Septimio Severo, filho de Divo Antonino Pio, Magno. Daqui a Braga saõ vinte e hum mil passos.*

7 Na Freguezia de Chamoim, por baixo do Lugar de Felgueiras, perto de hum ribeiro, que do alto do monte cahe na estrada, no sitio, a que chamaõ Hervosa, estaõ duas columnas, huma com a inscripçaõ de todo apagada, a outra assina o numero das milhas: o de mais apenas se lê, nesta fórma.

::::::::::::::::
....
BRACARA. AUG
::::::::::::::::
....
A BRAC. AUG
M. P. XXII.

Com razaõ notou o Padre Joseph de Matos Ferreira, no seu tratado, que acima citàmos, de que nesta inscripçaõ se referia alguma cousa particular pertencente à Cidade de Braga, além da distancia das milhas; porque o nome Braga estava nella repetido, e naõ só gravado na ultima regra, como nas de mais; mas tambem posto na quarta regra. Existia no mesmo sitio outra columna de excessiva grandeza, pelo que os moradores, haverà vinte annos, a levaraõ para o adro da Igreja, e fizeraõ della hum Cruzeiro.

8 No sitio chamado *Esporões*, perto da Aldea de Padrós, se achou outra columna com a inscripçaõ já apagada. Adiante hum quarto de legoa, no sitio, em que começa hum atalho, que vay para Cabaninhas, e Pergoim, se acharaõ duas columnas, huma com a inscripçaõ totalmente gasta; a inscripçaõ da outra, parte desfei-

„ptionem unius, tempus exesit in totum, alterius ex „parte tantùm; litteris enim quæ sequuntur pepercit:

D C N N. VAL
. . . CICINIANO
.. . CICINLO N N
ORI.

„Inscriptionis sententia non plane percipitur. Mihi vi„detur dicatam fuisse columnam Imperatori Caio Vale„rio Licinio, filioque ejus Flavio Valerio Liciniano. „Præter hanc constat alias ibi duas fuisse columnas, „quas paucis ante annis incolæ rapuerunt.

9 „Apud vicum *Sá de Covide*, in viridario quo„dam inventa est columna terrâ obruta, quam incolæ „extra viridarium in via nunc collocarunt, & super „eam Crucem imposuerunt. Incriptio talis est:

IMP. CAES.
C. MES. QUINTO
TRAIANO. DECIO
INVICTO. PIO. FEL. A/G
PONT. MAX. T. P.
PROCOS. IIII.
COS. II. P. P.
A BRAC. MIL
P. XXV.

„Hoc est: *Imperatori Cæsari Caio Messio Quinto Trajano* „*Decio, Invicto, Pio, Felici, Augusto, Pontifici Maximo*, „*Tribuniciæ Potestatis. Proconsuli quarto, Consuli secundo*, „*Patri Patriæ. A' Bracaraugusta millia passuum viginti* „*quinque.* Libro tertio, capite quinto, numero septi„mo, horum Commentariorum similem inscriptionem „dedimus. Et mendis scatere asseruimus. Sententiam non „mutamus, dummodo pro explorato teneatur inscri„ptiones has, & similes deinceps producendas mendo-

desfeita, e parte sem offensa, como aqui se mostra:

D C N N. VAL
. . . CICINIANO
.. . CICINLO. N N
ORI.

Muy pouco se percebe o que diz. Com tudo, a mim me parece insinuar, que a dita columna fora dedicada ao Emperador Cayo Valerio Licinio, e a seu filho Flavio Valerio Liciniano. Além destas, consta, que havia alli outras columnas, que os moradores furtaraõ ha poucos annos.

9 Na Aldea deá Sà de Covide, em huma Horta se achou huma columna enterrada, e os moradores a extrahiraõ da Horta, e puzeraõ na estrada, e em cima huma Cruz. A inscripçaõ he a que se segue:

IMP. CAE
C. MES. QUINTO
TRAIANO. DECIO
INVICTO. PIO. FEL. AVG.
PONT. MAX. T. P.
PROCOS IIII
COS. II. P. P.
A BRAC. MIL
P. XXV.

Quer dizer: *Ao Emperador Cesar Gayo Messio, Quinto, Trajano, Decio, Invicto, Pio, Felix, Augusto, Pontifice Maximo, do Poder Tribunicio. Proconsul a quarta vez, Consul segunda, Pay da Patria. Daqui a Braga fazem vinte e cinco mil passos.* No Livro terceiro, Capitulo quinto, numero septimo destas Antiguidades, fallàmos de outra inscripçaõ semelhante, e assentàmos estar chea de erros. Naõ mudamos de parecer, mas advertimos, que ainda que estas inscripçoens, e outras do mesmo theor,

que

„ fas esse, scalptoris incuria, non fictas. Primum liqui-
„ dò demonstrat numerus Proconsulatui adhibitus, nec
„ enim moris erat apud Romanos Proconsulatus digni-
„ tatem per annos numerare. Secundum patet ex eo,
„ quòd hæ columnæ à viro, qui maximè veritatem co-
„ lit, repertæ sunt, ipsæque columnæ humi infossæ, &
„ inscriptiones à multis jam annis, ut species earum in-
„ nuit, insculptæ. Tandem his aliisque validissimis ra-
„ tionibus in nostris Diœcesis Bracaraugustanæ Com-
„ mentariis à suspicione fictionis eas vendicavimus.

10 „ Brevi curvatoque spatio Viæ Militaris quo
„ situ termini vici *Do Campo* secernuntur à termino
„ vici *Cobide* columna permanet, olim ibi erecta, &
„ paucis ante annis paulò ultra translata est, ut pro
„ basi Cruci inserviret. Talique inscriptione est exa-
„ rata:

IMP. CAES.
C. MISSO. TRA
DACO. NUTO
PIO. FEL. AVG.
PONT. MAX. TR. P.
PC. IIII. C. II.
P. P. A BRAC.
M. P.
XXVII.

„ Hoc est: *Imperatori Cæsari Caio Missio Trajano Decio*,
„ *Invicto*, *Pio*, *Felici*, *Augusto*, *Pontifici Maximo*, *Tribu-*
„ *niciæ Potestatis*, *Proconsuli quarto*, *Consuli secundo. Patri*
„ *Patriæ. Millia passuum à Bracara viginti septem.*

11 „ In situ, quem à copia cipporum illo adstan-
„ tium *Leira dos Padrões*, hoc est, Area cipporum no-
„ minarunt, duæ columnæ erant, quas quidem inde avul-
„ sas in Templum Divo Joanni dicatum adduxerunt, &
„ in reædificatione illius, deformata rotunditate, quadra-
„ tam figuram indiderunt.

12 „ Hoc

que havemos de copiar abaixo, estaõ erradas por negligencia do official, mas que naõ saõ fingidas. Que estejaõ erradas, claramente se vê de ter numerado o Proconsulado. Que naõ sejaõ fingidas, se mostra, de que foraõ achadas por pessoa muy veridica, e estavaõ enterradas no chaõ, e as letras, pelo que mostravaõ, já abertas de muitos annos. Finalmente, com estas, e outras razoens muy fortes, nas nossas Memorias do Arcebispado de Braga defendemos as ditas inscripçoens de toda a sospeita, e ficçaõ.

10 Em huma pequena volta, que faz a Via Militar no sitio, onde se dividem os termos do Lugar de Covide, e do Campo, permanece huma columna, que de antes estava alli erguida, e ha poucos annos os moradores a mudaraõ mais para diante, e fizeraõ della Cruzeiro. Tem a inscripçaõ seguinte:

IMP. CAES.
G. MISSO. TRA
DACO. NUTO.
PIO. FEL. AVG
PONT. MAX. TR. P.
PC. IIII. C II
P. P. A BRAC
M. P.
XXVII.

Quer dizer: *Esta columna se dedicou ao Emperador Cesar Gayo Messio Trajano Decio, Invicto, Pio, Felix, Augusto, Pontifice Maximo, do Poder Tribunicio, Proconsul a quarta vez, Consul a segunda, Pay da Patria. Daqui a Braga saõ vinte e sete mil passos.*

11 No sitio a que do grande numero de padroens, que alli havia, chamaõ a *Leira dos Padroens*, estavaõ duas columnas, que arrancadas dalli se conduziraõ para a Igreja de S. Joaõ, e na reedificaçaõ della, de redondas que eraõ, as tornaraõ quadradas.

12 Este

12 „Hoc anno millesimo septingentesimo trigesi-„mo sexto à Nativitate Domini, ut mihi per epistolam „Reverendus Presbyter Josephus Matesius Ferrerius „nuntiavit, cùm agricolæ, rusticique vepreta rescinde-„rent, in margine vetustæ Viæ Militaris apparuit eo-„dem in situ extremitas frustri Romanæ columnæ his „litteris inscripta:

A BRACARA AUG
XXVIII.

13 „Proximus huic integra erat columna alia ter-„râ oppressa, cujus longitudo quasi cubitorum quin-„que adæquabat. Crassitudo, seu ambitus quatuor con-„tinebat. Hanc, & suprapositam, de qua antea sermo „fuit, propriis impensis in altum extollere Doctus Pres-„byter curavit. Inscriptio talis est:

D N
-C-I— ----ORI
BIM--- ------AT
SEMPER. AV.
MAXIMO
MAC,NENTI
TERRA. MAN
VICTORI. P. ROU.
DEDICAVIT
Q. MORI.

„Hoc est: *Quintus Morius* (divinando interpretor) „*dedicavit Domino nostro* :::: *semper Augusto Maximo* „*Magnentio, terra marique victori Populi Romani.*

14 „Statione militum Civitatis Bourensis, quam „stationem nostri vocant *Casa da Guarda*, situ dicto „*Padrões de Cal*, hoc est, cippi Calcis, fustrum columnæ „altitudine quasi bicubitali adstat cum sequenti inscri „ptione:

DI-

12 Efte prefente anno de mil fetecentos e trinta e feis, conforme o avifo, que tenho por carta do Reverendo Padre Jofeph de Matos Ferreira, andando os rufticos roçando o mato junto da margem da antiga Via Militar, appareceo no mefmo fitio hum pedaço de columna com eftas letras:

A BRACARA AUG
XXVIII.

13 Perto do tal pedaço eftava enterrada huma columna inteira do comprimento de quatorze palmos, e doze de ambito. Efta, e a outra mandou o dito Padre levantar à fua cufta. A infcripçaõ he a que fe fegue.

D N
- C - - I --- ---- ORI
BIM---- ------ AT
SEMPER. AV.
MAXIMO
MAG,NENTI
TERRA. MAN
VICTORI. P. RO. U
DEDICAVIT
Q. MORI.

Quer dizer: *Quinto Morio* (naõ fey fe interpreto, ou adivinho) *dedicou efta columna a noffo Senhor :::: fempre Augufto Maximo Magnencio, vencedor por mar, e terra do Povo Romano.*

14 Na Cafa da Guarda, onde o Concelho de Bouro faz praça em tempo de guerra, no fitio, a que chamaõ Padroens de Cal, eftá hum pedaço de columna de altura de feis palmos, e efta infcripçaõ:

DI-

DIVC. ABI. ....
MAXIMIANO
:::::::::::::::::
A BRAC. AUG
M. P. XXVIIII.

„Hoc eſt: *Divo* ::: *Maximiano* :::: *A Bracara Augu-*
„*ſta millia paſſuum viginti novem.*

15 „Eodem in ſitu tradunt incolæ alias ſe olim „conſpexiſſe columnas, inter quas una erat miræ magni„tudinis, octo ſcilicet cubitorum altitudinis, & eximiæ „craſſitudinis, inſcriptionemque habuiſſe. Addunt incolam „loci *Villarinho* illam in fruſta comminuiſſe, ut in torcu„lis ipſi inſerviret; eundemque aliam inde columnam „rapuiſſe, & pro fulcimento proprio tugurio poſuiſſe. „Inſuperque aliam furatum eſſe columnam, milliario „inde interjecto collocatam prope rivum ex crebris, „qui per illas rupes in ſubjectam viam præcipites ca„dunt.

CAPUT VIII.

De eâdem Via Militari.

1 „QUo in loco Militaris Via tendere incipit „in planiciem, quam dicunt *de Linhares*, „columnarum vis reperta eſt, omneſque „terræ immiſſæ. Prima columna trium cubitorum lon„gitudinem ſuperat, & inſpicientibus hanc offert inſ„criptionem:

DIVC. ABI . . . . .
MAXIMIANO
: : : : : : : : : : : : : : : :
A BRAC. AUG.
M. P. XXVIIII.

Isto he: *Esta columna foy dedicada ao Emperador Maximiano::: Daqui a Braga saõ vinte e nove mil passos.*

15 Diz a gente do Paiz, que naquelle sitio viraõ ha annos muitas mais columnas, e entre outras havia huma de notavel grandeza, porque tinha vinte e quatro palmos de comprido, e de correspondente grossura; e que tinha sua inscripçaõ. E accrescentaõ, que hum morador de Villarinho a quebrara para pezos de Lagar; e que o mesmo levara dalli outra columna, e a tinha por esteyo na sua choupana, e que tambem furtara outra, que estava dalli hum quarto de legoa, junto de hum ribeiro dos muitos, que por aquelles rochedos se despenhaõ na estrada.

CAPITULO VIII.

Proseguese a descripçaõ da Via Militar.

1 NO sitio, em que a Via Militar começa a encaminharse para a planicie de Linhares, se achou grande numero de columnas debaixo da terra. A primeira tem treze palmos de comprido, e a inscripçaõ seguinte:

MP.

MP. CAES
M. AUR
PRO
AUG
I. M.P. M. N. L.

„Hoc eſt: *Imperatori Cæſari Marco Aurelio Populi Romani Auguſto.* Cui tradita interpretatio non placebit certiorem dabit. Ultimi verſus litteras cognoſco. Sententiam non percipio.

2 „Secunda columna pro tertia parte, prima, minor eſt longitudine. Inſcriptio talis:

IMP. CAESARI
TRAIANO. HADRIANO.
C. AUG
PONTIF. MAX
TRIB. POTEST XIIX
COS III P. P.
A BRACARA
M. P. XXXI.

„Hoc eſt: *Imperatori Cæſari Trajano Hadriano Auguſto, Pontifici Maximo, Tribuniciæ poteſtatis duo de vigeſimo, Conſuli tertio, Patri Patriæ. A Bracara millia paſſuum unum & triginta.*

3 „Tertia columna inſcriptione eraſa non eſt habilis legendo.

4 „Quarta columna in duo eſt fruſta comminuta, quorum in uno hoc eſt epigramma:

MP. CAES
M. AUR.
PRO.
AUG
I. M. P. M. N. L.

Quer dizer: *Esta columna foy dedicada ao Emperador Cesar Marco Aurelio, Augusto do Povo Romano.* A quem naõ parecer bem esta interpretaçaõ, dê outra melhor. A ultima regra naõ percebo o que quer dizer.

2 A segunda columna tem de alto descuberto da terra nove palmos, com esta inscripçaõ:

IMP. CAESARI
TRAIANO HADRIANO
C. AUG
PONTIF. MAX.
TRIB. POTEST. XIIX
COS III. P. P.
A BRACARA
M. P. XXXI.

Quer dizer: *Esta columna se dedicou ao Emperador Cesar Trajano Hadriano Augusto, Pontifice Maximo, do Poder Tribunicio dezoito vezes, Consul tres, Pay da Patria. Daqui a Braga saõ trinta e hum mil passos.*

3 A terceira columna como tem apagada totalmente a inscripçaõ, naõ se póde ler.

4 A quarta columna está partida em dous pedaços, e em hum delles se lhe vê esta inscripçaõ:

IMP.

IMP. CAES. C. MES
QUINTO. TRA.
DECIO. PIO.
FEL. AUG.
PON. MAX. TRIB. POT.
COS II P. P.
A BRAC. AUG.
XXXI.

„ Hoc eſt: *Imperatori Cæſari Caio Meſſio Quinto Traja-*
„ *no Decio Pio Felici Auguſto, Pontifici Maximo, Tribu-*
„ *niciæ Poteſtatis, Conſuli ſecundo, Patri Patriæ. A Bracara*
„ *Auguſta millia paſſuum triginta & unum.*

5 „ Aliæ adſtant columnæ, earumque fruſta, inſ-
„ criptionibus tamen corruptis, huic Commentario non
„ inſerviunt.

6 „ Dum Via Militaris exinde flectitur unius mil-
„ liarii flexu, quem dicunt *Volta do Covo*, ruinæ antiquæ
„ domus apparent, propeque columnarum copia exiſtit,
„ qua in unâ hoc tantum inſcriptionis legas:

. . . .
MIR
. . . . OII
A BRAC. AUG
M. P. XXXII.

„ Hoc eſt: *A Bracara Auguſta millia paſſuum triginta*
„ *duo.*

7 „ In alia verò hoc invenies epigramma:

D. N

IMP. CAES. C. MES
QUINTO. TRA.
DECIO. PIO.
FEL. AUG.
PON. MAX. TRIB. POT.
COS II. P. P.
A BRAC. AUG.
XXXI.

Quer dizer: *Ao Emperador Cesar Gayo Messio Quinto Trajano Decio, Pio, Feliz, Augusto, Pontifice Maximo, do Poder Tribunicio, Consul a segunda vez, Pay da Patria. Daqui a Braga saõ trinta e hum mil passos.*

5 Outras columnas, e pedaços dellas existem na mesma parte, de que naõ fazemos mençaõ, por terem comidas as letras.

6 Quando a Via Militar faz o rodeyo, a que chamaõ Volta do Covo, se vem ruinas de huma casa antiga, e a pouca distancia grande numero de columnas, em huma das quaes se vem ainda estas letras:

. . . .
MIR
. . . . OII
A BRAC. AUG
M. P. XXXII.

Quer dizer: *Daqui a Braga saõ trinta e dous mil passos.*

7 Em outra columna se encontra com a inscripçaõ seguinte:

D N

D. N
MAC,IVO
DECENTIO
NOBELISSIMO
F. CORENTISSI
'MO. CAESARI
B. O. P. NATO
M. XXXII.

„ Hoc eſt: *Domino noſtro Magno Decentio Nobiliſſimo, Flo-*
„ *rentiſſimo Cæſari bono Reipublicæ nato. Millia paſſuum tri-*
„ *ginta duo.* Mihi certè nihil dubitationis datur tradi-
„ tam interpretationem nimis mendoſi epigrammatis
„ eſſe veram. Ex hac columna nobis innoteſcit eâ
„ tempeſtate jam hoc genus columnarum, & inſcriptio-
„ num, quibus ſpatium Militarium Viarum numerabatur,
„ dicari non tantum Imperatoribus, verum etiam puris
„ Cæſaribus.

8 „ A' ſuperiori columna parum diſtat alia. Inſ-
„ criptionenem habet, ſed mutilam hoc modo:

.... D....
...... VICT ...
ACIRS . . . . . .
. LORI. SLI . .
MAX
NENE.......
MARIO. . . . .

„ Ob defectum litterarum ſenſus non percipitur.

9 „ Eodem loco columna conſpicitur cum ſequenti
„ ſemideleta inſcriptione:

III MAX

D N
MAC,IVO
DECENTIO
NOBELISSIMO
F. CORENTISSI
MO. CAESARI
B. O. P. NATO
M. XXXII.

Quer dizer: *A nosso Senhor Magno Decencio, Nobilissimo Florentissimo Cesar, nascido para bem da Republica. Daqui a Braga saõ trinta e dous mil passos.* Eu tenho por sem duvida ser esta a verdadeira interpretaçaõ da sobredita inscripçaõ, que tem muitos erros nas letras. Desta inscripçaõ se colhe, que já nestes tempos as columnas medidas de caminho se dedicavaõ aos que só tinhaõ a dignidade de Cesares, sem serem Emperadores.

8 Junto à columna acima se acha outra com huma inscripçaõ já pela mayor parte consumida, nesta fórma:

.... D...
........VICT..
ACIRS ......
. LORI. SLI . .
MAX
NENE.......
MARIO....

Nada percebo em razaõ das letras, que faltaõ.

9 Acha-se mais na mesma parte outra columna com a inscripçaõ muy gasta, nesta fórma:

LI MAX.

:::::::::::::::::::::
III MAX.
..:.POTEST...
COS III P. P.
A BRACARA. AUG
M. P. XXXII.

„Hoc eſt: *A Bracara Auguſta millia paſſuum triginta &*
„*duo.* Cætera latent.

10 „Ibi etiam ad ſiniſtram Viæ Militaris ripam
„columna adeſt, quæ ex margine Viæ in præceps acta
„in duo diviſa eſt fruſta, in maiori quorum potior
„inſcriptionis pars, in minori ultimi verſus ſunt exa-
„rati tali forma:

IMP. CAES. C. IULIUS VERUS. MAX
PIUS. AUG. GERM. MAX. DAC. MAX.
SARM. MAX. PONT. MAX.
IMP. VI. P. P. COS. PROCOS.
ET C. IULIUS VERUS. MAXI
NOBELISSIMUS CAESAR
GERM. MAX. SARM. MAX.
PRINCIPI. IUVENTUTIS. FILIUS
D. N. IMP. C. IULII. VERI.
MAXIMINI. P. F. AUG.
VIAS. ET PONTES. TEMPORE
VETUSTATIS. COLAPS
RESTITUERUNT. CURANTE
Q. DECIO. LEG. AUG.
PRET. PREF. BRAC. AUG.
M. P. XXXII.

„Hoc eſt: *Imperator Cæſar Caius Julius Verus Maximi-*
„*nus Pius Auguſtus Germanicus maximus, Dacicus maxi-*
„*mus, Sarmaticus maximus, Pontifex Maximus, Impera-*
„*tor ſexto, Pater Patriæ, Conſul, Proconſul. Et Caius Ju-*

:: ::::::::::::::::::::
III MAX.
...POTEST...
COS. III. P. P.
A BRACARA AUG
M. P. XXXII.

Quer dizer: *Daqui a Braga saõ trinta e dous mil passos.*

10 Neste sitio para a parte esquerda da estrada està huma columna, a qual cahio da borda da Via Militar, e se quebrou em dous pedaços: no mayor està quasi toda, no menor as ultimas regras da inscripçaõ seguinte:

IMP. CAES. C. IULIUS. VERUS. MAX
PIUS. AUG. GERM. MAX. DAC. MAX.
SARM. MAX. PONT. MAX
IMP. VI. P. P. COS. PROCOS.
ET C. IULIUS. VERUS. MAXI
NOBELISSIMUS. CAES.
GERM. MAX. SARM. MAX.
PRINCIPI. IUVENTUTIS. FILIUS
D. N. IMP. C. IULII VERI
MAXIMINI. P. F. AUG
VIAS. ET PONTES. TEMPORE
VETUSTATIS. COLAPS.
RESTITUERUNT. CURANTE
Q. DECIO. LEG. AUG.
PRET. PREF. BRAC. AUG.
M. P. XXXII.

Quer dizer: *O Emperador Cesar Cayo Julio Vero Maximino, Pio, Augusto, Germanico maximo, Dacico maximo, Sarmatico maximo, Pontifice Maximo, Emperador a sexta vez, Pay da Patria, Consul, Proconsul; e Cayo Julio Vero Ma-*

„*lius Verus Maximinus, Nobilissimus Cæsar, Germanicus*
„*maximus, Sarmaticus maximus, Princeps juventutis, filius Domini nostri Caii, Julii, Veri, Maximini, Pii, Felicis, Augusti, vias, & pontes, tempore vetustatis collapsos restituerunt. Curante Quinto Decio Legato Augusti, Prætorii Præfecto. A Bracara Augusti millia passuum triginta & duo.* Annoto ex hac inscriptione, quæ fidelis „est, Prætorii Præfectos quandoque Legatos fuisse; „lapsumque esse Eduardum Holtenium contrarium as- „serendo. Vide sis quæ numero secundo, Capitis septi- „mi, Libri secundi hujus Operis diximus.

11 „Prope datam columnam, alterius frustum „conspicitur corrupta quidem inscriptione, duobus ta- „men versibus remanentibus illæsis, in hanc formam:

....
VALERINO. LI
PR. PR. C. V.

„Sententiam non assequor. Videtur agere inscriptionem „de aliquo Pro-Prætore.

12 „De cæteris columnis, columnarumque fru- „stis, quæ inibi in magno sunt numero, sileamus, ut- „pote nihil ad antiquitatum notitiam conducentibus.

13 „Jam verò de iis, quæ sunt apud situm dictum „*Albergaria*, hoc est, diversorium, quippe erant olim „ædes ad quas viatores divertebant, ut gratis hospitio „reciperentur, mentionem faciamus. Repertæ ergo illic „sunt columnæ quatuor, & frustorum numerus copio- „sus. Prima columna ex integris, quæ trium cubito- „rum longitudinem adæquat, inspicientibus hos præbet „legendos characteres:

IMP. CAESARI
MARCO. AURELIO
CARINO. PIO
... AV. ....
....

Hhh ii „Hoc

